

Pro Monte Pietatis.

Consilia sacrorum Theologorum: ac collegio,  
rum Patauii & Perusii. Clarissimorūq;  
doctoꝝ. dd. Ioānis baptistæ rozelli  
& Ioānis campegii. Cum bullâ  
ac breui dato fratri Bernardi  
no Feltrensi. Sanctissimi  
Pape Innocentii  
Octauii.



**C**Magistri Ioannis nannis uiterbiensis ordinis predicatorum ad R. D. P. Barotum Epum Patauinum Questiones due disputatione super mutuo iudaico & ciuili & diuino.

**P**uerende in Christo mi pater & domine. Post filiales commendationes. Die: xvi. Aprilis reddite mihi fuerūt littere. R. D. V. dolusq; nimium q; mox non potui, opusculum de monte pietatis quod ganue edideram copiandū tradere. Nam Ganue ferme omnia mea relicta sunt: & opus in manibus aliorum est: uerum quoniam occupationes hebdomade sancte occurrunt & pascalis solēnitatis: & lectionum quas publico salario lego habita uacatione a magistratu: ne tue. R. D. desim: etia; mihi hunc assumam laborem: ut quicquid ad memoriā reduxero: non obscuriore: sed pinguiore lucubratione ad te transmittam: ut noscat. R. D tua me fam seruitorem tuum esse. Contra uero ea que dixero: si quis contrarium sentit obiectiones in scriptis quibus cum tua dominatio ad me miserit illuc responsiones transmittam. Me tue. R. D. commendo: quam Deus fœlicem & ad maiora conseruet. Ex Vitetbio die octauo Maii. M.cccc. lxxxiiii.

**C**Quattuor fundamenta.

**C**Mihi autem premittenda uidentur fundamenta quedam que a nullo negari possint nisi ab heretico uel de heresi & malis moribus suspecto. Deinde proponendus est casus & diuidendus. Ultimo disputatus: & exemplanādus per duas distinctas & enucleatas questiones more theologicō. **C**Fundamenta autem sunt hec. **C**Primum est: q; siquid est expressum in diuinis litteris, canoniceis que dicuntur solum uetus & nouum testamentum absolute tenendum est: & omne quod sacre scripture illi non congruit: tanq; anathema est fugiendum: quia si vacillaret auctoritas titubaret fides: ut in primo de doctrina Christiana dicit Augustinus & in epistola prima ad Hieronymum. Si inquit ad scripturas sacras fuerint admissa officiosa mendacia quid in eis remanebit auctoritatis: que tandem de illis scripturis sententia proficitur: & in Speculo: Vetus inquit & nouum testamentum cum omni humilitate suscipimus: contrarios autem scripturarum sensus non solum fugimus sed etiam anathematizamus: & omnē doctrinā:

a ii



quæ non congruit sacrae scripture: veluti alienam a fidei ueritate  
damnamus. Secundū fundatum est: q̄ ca quæ sunt in no  
uo & in ueteri testamento sunt oīo præferenda omnibus conci  
liis: doctoribus & statutis pōtificum: ut notat glo. de libellis. c. xx.  
& c. placuit. xxxv. q. ii. ubi sententia Hieronimi prelata est conci  
lio calcedonēsi de matrimonio rapte: quia auctoritas Hieronymi  
erat fundata sup scripture diuina exp̄ssā Exodi. xxii. c. & ratio hu  
ius est: quia nemo potest contra ius nature: aduersus quod nulla  
dispensatio admittitur. In noua uero & ueteri lege continetur ius  
nature: ut dicitur distinctione prima. c. ius nature ē quod lege &  
euangello continetur: quod scilicet ad moralia & de quibus que  
ritus pertinet: ut dicitur. dt. vi. c. non est. §. si ita: & siccirco nemo  
potest contra ius nature nisi duo mala ita urgeant ut necesse sit al  
terum eorum elici. Tertium fundatum est q̄ ubi non cēt  
aliquid expressum in ueteri uel nouo testamento: tūc standum est  
determinationi sedis apostolice. Conciliis & doctoribus approba  
tis: ut dicit beatus Thomas in quarto Sententiæ. dist. xxi. iii. art.  
ultimo & in quarto colibeto. q. viii. art. xx. & in tractatu cōtraim  
pugnantes religionem. Et primum fundatum est cōtra  
quosdam: qui per officiosas glosas & mēdatia defendere conant  
obscura mendacia contra scripture apertam sententiā. Secun  
dum uero est contra illos qui putant se sati s p consciētia derimi  
nasse. Si consuetudines & constitutiones proferunt non congru  
entes legi & euangelio. Tertium uero est contra eos q̄ sine pu  
dore nouos proferunt glosatores preferentes eos probatis & an  
tiquis ac sanctis doctoribus. Quartum fundatum est q̄  
deus obligauit sub precepto Communitates ad pauperum pau  
perum ciuium: ut non essent egeni: Deuteronomii. ca. xv. dicēs:  
omnino indigens & mendicus non erit inter uos & infra. Si inq̄t  
unus de fratribus tuis qui morat intra portas tue ciuitatis ad pau  
pertatem deuenerit non obdurabis cor tuum nec contrahes ma  
num. Sed aperies eam pauperi: & dabis mutuum quo eum indige  
re prosplexeris. Hoc preceptum obligat semper & ad semper cum  
ciuis tuus uenit in paupertatem: quia affirmatio additur nega  
tiuum: dicens non obdurabis cor tuum nec contrahes manum  
tuam ad dandum mutuum indigentibus. Ergo quia communi  
tati iubetur prouidere ciuibus quos regit de mutuo proponitur  
talis casus.

### Casus.

Cū pretio iuris diuinī: Rectors ciuitatum obligentur prouid  
dere de mutuo in promptu habendo ut succurratur ciuibus pau  
peribus qui sunt intra portas illius ciuitatis ut non sit omnino ci  
uis: indigens & mendicus: ut dictum est Deuteronomii. ca. xv.  
effectum est ut duplex genus mutui sit inuentum a communita  
tibus. Vnum iudaicum: Alterum ciuile. Iudaicum est quod a  
iudeis in promptu habetur: cum usura: statuente cum illis com  
munitate capitula quibus cogantur christiani reddere usuras iu  
deis: & illis locare domos. Ciuile autem est: quod in commune  
statuunt: quod & si pro diuersarum ciuitatum possilitate ua  
rietur: in hoc tamen conuenit: ut ex elemosynis constituatur que  
dam summa pecuniarum puta mille aureorum perpetuo paupe  
ribus ciuibus dicata: & pro eis ppetuo seruanda & augenda. Cui  
destinentur officiales cum salario a pauperibus habendo qui de  
summa dicta mutuum accipiant. Accipientes uero mutuum ci  
ues pauperes obligentur ad hēc: ut dent pignus usq; ad sex men  
ses uel annū: deinde cū repetūt pignus dent ultra sortem decem  
pro centenario: cuius una pars sit pro salario officialium. Alia ad  
augendum dictam summam: quo usq; crescat adeo: ut mutuum  
dari possit pauperibus absq; ultra sortem nisi forte quantum sit  
pro salario officialium. Quod si pauper in tempore statuto non  
reddiderit uendatur subasteturq; pignus paupis & accepta sum  
ma cum ultra sortem pro monte reliquum restituat pauperi ciui  
Rursus si non sunt elemosyne a principio pro summa mutui in  
choanda: tunc alii accipiunt mutuo dictam summam a diuitib;  
ciuibus sub supradictis conditionibus adfecto q̄ id quod mons  
accipit ultra sortem a pauperibus tripartiendum est: & prima por  
tio colligitur pro reddendo mutuo ciuibus qui mutuarunt: quo  
usq; mutuantibus fuerit satis factum. Secunda uero & tertia pro  
augumento montis: & salario officialium: ut supra retineatur. In  
hoc casu duo breuiter queruntur. An iudaicum mutuum cōue  
tionatum dictis capitulois cum communitate: liceat rectoribus  
christianis. Secundo an liceat ciuile quod dicitur uulgo mons  
pietatis. Itaque de his duobus duas questiones disputatas red  
damus.

Prima questio de iudaico mutuo.

Primo queritur: an pro implendo diuino pcepto de mutuo

a iii



dando pauperi. Cui liceat communitatii iudaicum mutuū subſtinere. & capitula cum illis facere quibus cogantur Christiani reddere iudeis usuras. Et diuidemus dubium i tres partes. In pri ma recitabimus opinionem falsam. In secunda ueram. In tertia respondebimus ad objectiones partis false.

**C** Prima pars dubii falsa.

**C** Quidam scribunt dictum iudaicum mutuum communitatibus licere: & statuere ut sustentent pauperes his rationibus. Pri mo quia omne quod iuuat cōmune bonum licitum ē: quia com mune bonum est diuinum ut inuit Aristoteles in primo Ethico rum. Diuina autem bona iuuanda eē omnes canones & scriptu re conclamat. At iudaicum mutuum iuuat cōmune bonū dum pauperes ciues in promptu habent quod a crudelitate diuitum illis denegatur: nisi forte cum maiore usura. Quare communitatibus licet iudaicum mutuū subſtinere atq; iuuare aliqbus capitulo supradictis. **C** Secunda ratio est: quia omnīs consuetudo cuius initii non extat memoria licita est: quia consuetudo ē alte ra natura: ut auctor est Aristoteles in ethicis. Nature autem lex aut simillima nature consuetudo ligat ne dicam licet dis. viii. cō que contra mores hominum sunt flagitia: pro motum diuersitate sunt uitanda. Ceterum consuetudo est iudaici mutui in orbe: cuius initii non extat memoria. Quare licet illud sustentare.

**C** Tertia ratio est quia quod Romanus pontifex non prohibet: sed tollerat in terris suis licet sustentare. Sed Romanus Pontifex non prohibet sed tollerat in terris suis iudaicum mutuum: qui nimmo (ut aiunt). Sixtus quartus etiam indulxit iudeis ut possent pacisci cum communitatibus super suo mutuo. Quare licet cōmunitatibus dictum iudaicum mutuum statuere. His rationib; bus multi iuriste utuntur: ut Andreas barbatius & Paulus de caſtro consilio. ccc. xxvi. & Petrus de ancha. consilio. cc. xxx. ad ho ſrum corroborationem etiā has rationes addemus: ut **C** Quarta ratio sit ista. Omnis lex mutui a deo statuta iudeis: potest defendi: & licet suscipi a Christianis: quia deus legislator: nullo pa ce potest errare. Sed deus statuit legem iudeis Deuteronomii. xxiii. ca. ut fœnerarentur & usuras exigerent ab alienis & non a iudeis quare Christiani non errant illa sequendo & statuendo: ut christiani qui sunt alieni a iudeis cogantur reddere iudeis usuras

**C** Quinta ratio est quia quod deus statuit iudeis pro premio licetum est christianis exequi. At Deuteronomii. xxviii. cap. statuit deus pro premio iudeis ut ipsi fœnerarentur gentibus multis: & ipsi a nullo fœnus acciperent. Quare licitum est christianis cogere suos ut iudeis fœnus & usuras reddant. **C** Sexta ratio est: q̄a qui sequitur exempla Christi non peccat: sed meretur. At po nens pecuniam suam ad bancum & exigens eam cum usuris se quitur exemplum Christi. Qui seruo suo dixit Luce. xviii. cap. Quare non posuisti pecuniam meam ad mensam: & ego ueniēs utiq; cum usuris exegissim illam. Quare non peccat Christianus exigens usuras. Ergo multo minus peccat. Immo sibi licitus est subditos cogere ad reddendum: quod est proprium i iudaico mutuo. Hec & his similia argumenta fieri possunt pro parte tertiati aduersaria.

Secunda pars dubii decisiua.

**C** Quo ad secundam partem: ponemus quasdam distinctiones Secundo decisiuas conclusiones. Quo ad primum prima distincio est de hoc noie fœnus: qđ dupliciter accipit in scripturis Pti mo modo pro usura capitalis mutuati: sicut Proverbiorum. xix. capi. fœneratur: inquit Deo qui miseretur pauperis. Nam pro hoc capitali Deus reddit centuplum. Secundo modo accipitur non pro usura capitalis mutuati: sed pro pignore & securitate capitalis mutuati. ut idem Salomon accipit capitu. sequenti dicens Hodie fœneratur quis & cras exigit illud: & odibilis est homo hu iusmodi. Quo loci fœnerari accipitur sicut & Deuteronomii. xxviii. cap. Vbi dicitur fœneraberis gentibus multis idest uades & pignus pro mutuo accipies ut uocabulum hebreum hoc loci sonat. Hanc distinctionem ponit & beatus Thomas secunda ſe cunde. q. lxxviii. arti. primo i response ad secundum. Secunda distinctione est qđ aliud est dictū: an liceat furari & usuras exige re & bello subiicere: aliud sub nomine furti & usure: & bellū ſua repetere. Nam primum non licet qđa ſunt contra ius nature ut inuit Aristoteles prio politico & habet d. vi. c. nō ē. g. his ita re ſpondet. Que uero iuri naturali fuerint aduersa: uana & irrita ſunt habenda: ut dicitur dis. yiii. cap. quo iure. h. dignitate. Ceterum repetere ſua uel bello uel nomine usure aut furti licet: & deus hoc præcepit Exodi cap. xlii. ubi iussu Moysi sub nomine

a iiii



mutus expolsauerunt egyptum: nec tamen fuit furtum q̄a mercedem suam sub nomine furi receperunt: quam meruerant p seruitute centum & quadraginta duorum annorum. Similiter quia tota terra promissionis a Deo eis data fuit: ut patet deuteronomio. xi. c. & sc̄luit Moyses q̄ non possent tyrannos regiōis illius pariter expellere: ut legimus Deuteronomii. vii. c. Iccirco a fratribus iussit abstinere usuris: & concessit ab alieno idest tyra no loci exigere quem bello superare non possent & a sua prouincia delere ut scribitur Deuteronomii. xxiii. ca. nō mutuab̄s Inq̄t ad usuras fruges aut aliam rem fratri tuo sed alieno. Quod ut exposuitus & beatus Ambrosius interpretatus est: & Gratianus eius uerba adducit. xiii. q. iii. c. quid dicam. q̄. porro dicens porro a quo usure sint exigende. Ambrosius testatur dicens ab illo exige usuras cui merito nocere possis cui iure inferuntur amma: huic legittime auferuntur usure quem bello uincere nō potes. Ergo ubi ius est belli ibi ius & usure hec ibi. Appellat autem has legittimas usuras quia lege domini predicta decreta sunt contra illum oppressorem qui tua detinet: nec bello aut lite iudicari illum de tuo tibi restituendo uincere potes. Nam & in glosa. ibi recte dicitur. Ab hostibus possumus petere usuras: quia eorum omnia licite possumus auferre. xxiii. q. vii. c. primo & secundo & possumus eis nocere insidiis: & quibuscumq; aliis modis cum improbe aliquid faciunt aut improbe facta non ulciscuntur & est decisio Augustini in libro questionum: ut patet. xxiii. q. ii. c. Augustinus in libro questionum: & c. primo questionis septime supradicte & ca. sequente: dicit omnia eē iustorum & licere auferri ab hereticis. Scismaticis: & tyrannis ac propterea in quadam lectione nostra apud Genuenses conclusimus licere Christians a maometanis exigere usuras: quia anteq; Maumeth et omnia que detinent erāt christiani imperii: & nulla ratione sed uī armorum tyrānico possident. Quare licet nobis per insidias & excusas & predas & nomine usure extorquere bona nostra. ¶ Tertia distinctio est q̄ permisso est multiplex. Prima dicit evitatiua mali & relaxatiua pene secundum beatum Thomam Deuteronomii. xxii. ii. & Mathei. xviii. & multis aliis locis a quibus elicio hanc maximam. Licet principi uel communitati non punire sed relaxare penam minoris mali. & culpe ad evitandum malorem culpam & malum: hac ratione beatus gregorius scripsit Au

gustino anglor̄ Episcopo: ut Anglorū sacerdotes & diaconos agentes cōmissiones prohibitas non punire: ne forte peior res efficerent si a tali consuetudine phiberent adducēs auctoritatem Salomonis in puerib⁹ qui inq̄t multū emūgit elic̄t sanguinem: Hoc et adducit Gratianus dis. iii. c. deniq; cui & glose concordant. Hoc pacto cōitas permittit meretrices publice metrificari non p̄cipiens culpā aut defendens sed relaxās penam publice in honestatis ad maiores culpas: & mala evitanda: Nam ut ait Augustinus tolle meretrices ab urbibus: & omnia libidinibus stupris & cede compleb̄s. Hac p̄missione cōmunitas permittit Iudeos fenerari xpianis non precipiendo & suuando capitulis usure culpam sed relaxando penam usurariam ad evitādum ciuium miseras. ¶ Secunda permisso dicitur ordinatiua mali in bonum de qua loquitur beatus Thomas primo in iage & prima parte. q. xxii. arti. ii. In responsione ad scđm adducēs regulam diuinę p̄missionis quā scribit Augustinus in Encheridio dicens: Deus adeo est omnipotens & sume bonus ut non permittat mala fieri nisi ex malis eliceret bona: Ex his haec figura elic̄t. Licet principi & cōitati non impedit minora mala a quibus uidet uentura meliora bona: Huius exempla ponit beat⁹ Thomas prima secude. q. lxxix. arti. ultimo in corpe qōnis cōcordans cū Augustino in lib. de natura & ḡra: Etenim permisit Magdalena & Petru labi: quia lapsum illum videbat ordinari ad seruētissima bona penitentie & uirtutis ac caritatis & cautelē contra peccata Non impediuit tribulationem Iob. & temptationem Pauli quā uidebat in melliores actus uirtutum conuertendam. Sic ecclesia p̄mitit Iudeos publicos ritus seruare ut ueritas fidei elucescat. & non inuiti conuertantur ut habet. xlvi. dis. qui sincera: & ca. de Iudeis. Tertia dicitur permisso cooperatiua quando datur facinoris consilium fauor uel auxilium: De hac beatus Thomas ponit hanc regulam scđa scđe. q. lxxviii. arti. ultimo in corpore qōnis. Nulli oīno licet cooperari peccato mortali inducendo: uel cōfusando: aut fauorem uel auxilium p̄bēdo. his sic declaratis: Ponunt tres conclusiones decisivas dubii quarum prima hec est.

¶ Tertia conclusio: ¶ Magistratus faciens dicta capitulo cum hebreis peccat mortaliter: Nam quicūq; cooperat p̄tō mortali: peccat mortaliter: q̄a maxima una non h̄is exceptiōem ponit ab apostolo ad romanos primo. ca. dicente digni sunt morte nō solū q̄ faciūt sed etiā



qui consentiunt facientibus quam regulam etiam furiisperiti: & legilatores semper ante oculos habuerunt in pungendo: ut agentes & consentientes pari pena puniantur: At uero magistrat⁹ cū hebreis dicta capitula faciendo cooperatur peccato mortali usurpationis illa in fauorem usuriorum: & usurarum: Vnde Augustinus in epistola ad macedonium ait contra fures & eorum fautores. Illud inquit fidentissime dixerim eum qui p homine ad hoc interuenit ne male ablata restituat: & qui ad se confugientem q̄tū honeste potest ad reddendum non compellit socium esse fraudis & criminis. Nam misericordius opem nostram talibus subtrahit, mus q̄ impendimus: & subdit. Non enim fert opem qui ad peccatum adiuuat. Hoc idē ponit Gratianus. I.4.q.vi.ca. si res ali na. Quare magistratus fauens per capitula dicta usurpis peccat mortaliter & est socius fraudis & criminis ut Augustinus dicit. contra hos magistratus dicit David psalmo. 49. Tu odisti disciplinā & proiecisti sermones meos retrorsū: si uidebas surē: currebas cū eo.

#### ¶ Secunda conclusio.

¶ Magistratus & ciues qui dicta capitula cū iudeis statuunt sunt ipso iure excōmunicati: Nam cum quis participat in crimen propter quod est aliquis excōmunicatus dando cōsilium uel auxiliū uel fauorem & ipse quoq̄ est excōmunicatus & incurrit eandem sententiam: ut patet ex ira capitulo si concubine & capitulo. Nup sed propter crimen usure publice excōmunicantur nēdum usuarii publici sed etiam clerici & laici: concedentes uel locantes domos ad senus exercendum. ut patet extra de usuris. capitulo q̄q̄ libro. vi. Ergo multo magis magistratus statuens dicta capitula in fauorem publice usure incurrit excōmunicationem uel penā latā a iure: Nec obstat q̄ iudeus non est excōmunicatus quia non crimen ipsum est anathema: sed propter crīmē infertur anathema: Nec ualeat q̄ lex ciuilis permittrat usuras: quia illa ē abrogata per id quod imperator dicit se amplecti quattuor sacra concilia: adeo ut per illa intelligatur suis legibus derogatum. Ceterum in Niceno concilio usure sunt reprobate: ut patet dis. xlviij. capitulo quoniam & primo politicorum ab Aristotile. Quinymo & ciuina legē sunt prohibite & iure nature ut patet a Christo luce. 6. capitulo & psalmo. xiiiij. Aduersus autem hec iura nulla dispensatio admittitur: nulla lex potest inferior: ut habeat dī. viii. capitulo. quo iure dignitate: Et confirmatur quia & si non potest excōicari iude⁹

excōmunicatur tamen xp̄ianus fauens usurpare prauitatis

#### ¶ Tertia conclusio.

¶ Magistratus & ciues qui efficacem operā dederunt ad statuendum dicta capitula obligantur ad cogendum Iudeos ut restituāt usuras quas occasione dictorum capituloꝝ cōsequuntur: aut si nō cogunt obligantur ipsi restituere: Nam secūdum beatū Thomā scđa scđe. q. lxii. & i decretis. xi. q. iii. quoniam multos. & extra de etate & qualitate ca. cū tu & de sen. & re. iii. capitulo cum. In quo facit eius argumentum: In his locis s̄tūma habetur de sautorib⁹ raptorum sub quibus potissimum sunt domestici raptiores: usurarii q̄ si quis fauet consilio uel consensu & auxilio cooperatiuo damni illati: Ita q̄ raptiores sine hoc alias non essent facturi damnum: q̄libet eorum tenetur i solidum & multo fortius eorum receptores: & defensores quorum auctoritate: & statuto facta est rapina quaz ipsi ratam publicis capitulis habuerunt: ut patet. xi. q. iii. capitulo qui sentit. & capitulo scilicet extra de resti. spo. ca. cum ad sedem in si. Quare obligātur i solidū restituere damna usuraria: Iude⁹ & magistratus & ciues quoq̄ consilio & fauore facta sunt: Et confirmatur rō tam apud Theologos q̄ canonistas: qm̄ qui occasio nem efficacē damni dat dans operam rei illicite damnum dedisse vide extra de reg. iur. & de testi. & attest. c. sicut nobis & in glosa Nunc aut̄ tales dant efficacissimā occasionē damni quia sine his capitulis & eorum consensu expresso non intulissent Iudei Chri stianis damnatissima usurarum detrimenta: & item dant operam rei ex sui natura illicitissime usure: quare ipsi damna hcc inferunt christianis & per consequens: obligantur ipsi i solidum reddere xp̄ianis suis usuras uel cogere Iudeos ad efficaciter red dēdū: Hec sunt q̄ ego sentio saluo meliori ac clariori iudicio. Nūc ad argumenta primum opposita respondendum est.

¶ Ultima p̄s dubii r̄nfa ad obiectiones in principio factas. Ad primum dicimus q̄ tam maior q̄ minor est falsa nisi sic l̄mitetur maior. Omne quod uere & existenter non solum appare ter iuuuat bonum cōmune licitum est: & tunc minor ē falsa: cum dicitur senus iudaicum iuuat cōmune bonum: Nulla enim uicia uere & existenter iuuant commune ciuitatis bonum sed illud cor rumpunt & iram dei contra rempublicam excitant potissime illa que sunt preter naturam & contra dei leges: que prime seruat & ordinant bonum cōmune & felicitatem politicam: ut patet



discurrenti nouis & uetus testis. Nec est pietas in commune bonum pauperum cum iudeus mutuat camisiam pauperi christians no ut postea camisiā simul & tunicam ab eo auferat. & pecunias ad terras ifideliū mittat: Nam ut ait Gregorius in nouella extra de usuris. ca. i. Usura alias tāq uorago deuorat & facultates pauperū exhaustit. Vnde publicū domesticūq est latrocinium: & rapina destruens ciuilem felicitatem & commune bonum.

**C**Ad secundum argumentum.

**C**Beatus Thomas negat maiorem prima. scđe. q. xcvi. art. iii. in rñsione ad prīmū dicens. Nulla cōsuetudo utim legis obtinet contra legem diuinam & naturalem. Quinymo ut ait in quarto sententiāq: Cōsuetudo talis aggrauat peccatum. Vnde Gregorius dicit. Si consuetudinem fortassis oponas aduertendum est quod dōmīnus ait. Ego sum ueritas: non dicit ego sum cōsuetudo sed ueritas: & ut beati Cipriani utamur sūnia: quelibet cōsuetudo q̄tum uis uetusta quantum uis uulgata: ueritati ē omnino postponēda: & o s usus q̄ ueritati est cōtrarius oīno ē abolend: Idem scribif. dis. viii. c. si consuetudinē: & paulo supra ca. mala: Mala inq̄ consuetudo non minus q̄ pñitlosa corruptela ē uitan da: Dicenda ē iūḡ usure antiqua defensio non consuetudo: Sed pestifera corruptio legum & iuris naturalis ac diuinī ipugnatlo.

**C**Ad tertium argumentum.

**C**Ad tertium argumētum dīcīmus q̄ maior est falsa: Non enī omne quod tollerat sūmus pontifex in suis terris est licitum: Nā tollerat publicum meretrīclum. tollerat tyrānos tollerat sinagogas & ritus iudaicos: & eiusmodi multa non tamen sunt licita: & ipse licet illos tollerat permissione euitatiua uel ordinattua: nūq tamen cooperatiua quia pontifex nunq̄ cooperatur sceleri & cōtra leges diuinās & nature ad id uero quod adducit de Sixto pōtilice quarto: respondeo quod id cōcessit quod potuit: potuit autem relaxare excommunicacionem & infamias: & alias penas que taxantur a iure pontificio: nam relaxare potest legem qui condit leges: sed nullus pontifex potest concedere ut cōmunitas cooptetur peccato: & sceleri: & contraveniat naturali & diuine legi: ut patet in primo & secundo ac tertio fundamentis.

**C**Ad quartum argumentum.

**C**Ad quartam rōnem negam? q̄ deus statuerit usuras exīgi ab aliquo quia deus auctor nature nūhīl contra nām fuit aut sc̄ipt

ut Ambrosius scribit in commentario super primo capitulo beatī Pauli ad romanos: sed bene sub noīe usure: iussit repetere sua a tyrānis alienis q̄ detinebant prouincias alienas sc̄ilicet iudeorum ut supra dīximus in scđa distinctionē decisiōis dubii: unde & in hoc casu tam clericus q̄ laycus potest recipere ultra sortem de fructibus & aliis rebus a detentoribus violentis possessionum suarum: ut patet extra de usuris: capitulo. i. circa. fi. q̄a in hoc casu: tit beato Thome placet i scđa scđe. & Guielmo: ac Bartolomeo pisano in sua sūma: nō proprie recipit usuram & ultra sortem: sed quod sibi debetur.

**C**Ad quintum argumentum.

**C**Ad quintū dicendum ē: q̄ deus non statuit ibi usuram p̄ p̄mio sed abundantiam rerum: & diuinitatē ualidam: ut possēt mutuare & uades ac pignora a cunctis accipe gentib: ut exponit beatus Thomas eo loci & scđa scđe. q. lxxviii. art. i. i rñsione ad. scđm & ita fecundus ibi sonat i hebreo: non usurā sed mutuū cū uadib: siue pignore: ut exposuimus in prima distinctione huius decisionis.

**C**Ad sextum argumentum.

**C**Ad ultimū respondet beatus Thomas ubi supra q̄ Christus methaforicam usuram spiritualem appellauit super excrescentiā bonoq̄ spiritualium: Nam felix est uis illa que paruo pauperi dato centuplū accipiemus: ut scribitur. di. 45. capitulo sicut: Vn de puerbiorum. 19. cap. Salomon dicit feneratur domino q̄ misere retur pauperibus: & hanc imitandam: facienda: & iuuandā oēs scripture hortantur: q̄a ut ait David psalmo. cx. uere ē iocundus homo qui miseretur & cōmodat: quia disponet sermones suos in iudicio in eternum non cōmouebitur. & iterum cum in principio dixisset: Gloria & diuinitie i domo timētis dei & q̄ iusticia ei⁹ siue iusta dei amicitia: & beneficentia usuraria cum eo manet in seculū seculū: paulopost de misericorde: ac mutuum comodante exposuit: dicens Dispersit dedit pauperibus: Iusticia eius manet i seculū seculū: Itaq̄ hec uis illa est: & committitur in prouisione pauperum in mutuis liberis: & in elemosiniis & in hospitalitate ac monte pietatis: de quo mox in sequenti dubio disputaturi sumus.

Dubium secundū est de apostolico deposito societatis pauperum ciuium: quod uulgaris nō tempi pietatis uocat.

**C**Secūdus casus erat: de mutuo ciuili quod uocant pietatis montem: Nos uero rectius appellare debemus apostolicum depositū societatis ciuium Viterbiensium: aut Patauinorum: aut illius ci-



utatis in qua constituit. Itaque an illicitus sit positus casus in principio de mutuo ciuili. Hec secunda questio perquirit eam ut precedentem in tres partes dividemus: In prima ponemus objectiones contra ueritatem: In secunda explanabimus ipsam ueritatem. In tertia respondebimus ad objectiones primas.

**C** Prima pars dubii obiciens contra ueritatem.

**C** Sunt quidam qui non inspectis partibus propositi casus super monte pietatis arguunt illū esse montē impietatis: & illicitū multis rationibus: quarum prima est ista: Omnis usura est impla crudelitas & rapina restituenda: Vnde Augustinus ad Macedonium: Quid inquit dicam de usuris quas etiam ipse leges & iudices reddi iubent: & adducitur a Gratiano. 4.q. 4.ca. quid dicam & in. 32. q. 2.c. meretrices ait: Rapina dicitur quelibet usurpatio iniusta an crudelior est qui aliquid eripit ab alio: uel subtrahit aliquid diuinitati qui trucidat pauperem senore! At iste mons pietatis usuram expressam committit: dum in casu proposito plus a paupere reperit quam mutuauerit: quia quicquid accedit sorti & amplius requirit quam mutuetur est usura. 14.q. 3.c. usura: Quare mons est non pietatis sed crudelitatis & impietatis.

**C** Secunda ratio

**C** Ratio secunda est quia mons iste subuertit legē euangelicam xpī dicentis & subentis luce. vi.c. Mutuum date nihil inde sperantes: Sed mons iste nō modo plus sperat a paupere quam mutuauerit: sed et in pactum expressum deducit: ut patet in casu proposito: ergo subuertit legem xpī.

**C** Tertia ratio.

**C** Tertia rō est quia subuertit legem ueterem positā a deo exodi. xxxii.c. dicente: Si pecunia mutuo dederis pauperi meo populo qui habitat tecum: non urgebis eum: quasi exactor: Sed mōs iste post sex menses urget pauperem ad reddendum capitale & ultra sortem quasi exactor ut patet in supra scripto casu: Ergo est contra legem diuinam.

**C** Quarta ratio.

**C** Quarta rō est: quia est cōtra ius diuinū: contra quod agens communias flagellata deo crudeliter: Sic enim subet Deus deutero nomini. xxiii.c. Cum repetes a proximo tuo rem aliquam quam tibi debet: nō ingrediās domum eius: ut pignus auferas sed ista foris & ille proferet pignus quod habuit. Et si est pauper non per noctabit apud te pignus: sed statim reddes ei ante solis occasum: ut dormiat in uestimento suo: benedicens tibi ut habeas iusticiam

coram domino deo tuo: & in latrone legis exodi. c. xxxii. Ita fuisse est: Si inquit pignus acceperis a proximo tuo uestimentum: ante solis occasum reddes ei: Ipsum enim uestimentum solum carnis eius est quo operitur: nec habet altud in quo dormiat. Si clama uerit ad me exaudiam eum: quia misericors sum: Sed mōs iste nō solum reddit ante solis occasum: sed per sex menses detinet & post sub hasta uendit: Quare mons ē crudelitatis cōtra Dei legem: & puocans iram Dei.

**C** Quinta ratio.

**C** Quinta ratio est: quia ē damnosior quam iudaica usura: Nam iudeus simplex mutuum dat: & simplicē usurā exigit: Mons uero iste triplicem usuram experti: unā in salariū officialiū: aliā in augumentum montis & usurā eorum q̄ monti mutuarunt pecunias: Sed illa iudaica simplex illicita ē: & damnata ut in p̄cedente qōne ostensum ē: Ergo & ista triplex.

**C** Sexta ratio.

**C** Sexta rō est: quia ē contra principium iuris naturalis positū a xpō: Mathei. vii.c. Quecumq̄ singulis uultis ut faciat uobis homines hoc facite illis: Sed q̄libet uelit h̄c mutuum absq̄ pignore & redde re absq̄ usura & ultra sortem. Ergo hic mons hoc debet facere: & non deducere in pactum expressum pignus & ultra sortem.

**C** Septima ratio.

**C** Septima rō ē: quia in nulla spē contractus ē nisi sorte mutui usurarii tanq̄ suspectū & a malignis adiuentū ē abiiciendū: quia excedit terminos & mores antiquorum quos trasnsgredi phibet Salomon in proverbiis. c. 1. Sed huiusmodi mons nō uideāt ēē in spē alicuius contractus nisi sorte mutui usurarii: cū totus cōstituat ad mutuum cū redditione eius ad ultra sortē dandā monti: Quare abiciendus ē tanq̄ suspectus & fictitus & a malignis adiuentus.

**C** Octaua ratio.

**C** Octaua rō est: quia nulla danda ē occasio malis: quia q̄ occasio nem damni dat: damnu; dedisse uidetur extra de regulis iuris: & Christus Mathei. xviii. cap. ait: ue illi per quem scandalum uenit: Sed hic mons est occasio ut officiales predentur ipsum: & mutuent suis amicis diuitibus ad negotiandum: & non pauperibus ad substantandum: & pignora uendant minus ut ipsi emant ullirecio: & ita defraudent pauperes: hiis & multis aliis fraudib;. Quare illicitus ē mons & abiciendus.

**C** Nona ratio.

**C** Nona rō ē: quia rectores non h̄nt ius constituendi hunc montē cū nō ipsi sed episcopi sint p̄es pauperē: Quinetiā postq̄ cōstitu-



erunt & auxerunt montem: bonis pauperum quae ultra sorte das-  
ta sunt a pauperibus: illum in usum dicitur constituerunt: qui  
Ius habet constituentis: Ius hēt transmutandi: cōmu*n*ti: & ita  
rapie p̄meditate mōns ē & nō pietatis: hec & his similia argumen-  
ta fieri p̄nt cōtra constitutionē hūlus montis. Secunda p̄s dubit.  
Ad hanc questionē decidendā sequentur Ius diuinū in quo null⁹  
est error: q̄a lex domini lex ē īm̄ita ut ait David. Ps. xviii  
& ipsum p̄ualet omni luri pontificio & humano ut i p̄ncipio dī-  
ximus in tribus fundamentis p̄positis: Deinde sequemur q̄ cō-  
sonant ex doctrina beati Thome de Iuris canonice. Procedemus  
aut̄ hoc ordine. q̄a primo p̄ponemus q̄dam notabilis ad hanc de-  
cisionem necessaria: Secundo explicabimus i quo ḡne cōtractus  
sit hic mons pietatis: Tertio diffiniemus quid est mōns pietatis:

Quarto ponemus conclusiones p̄ncipaliter intentas. Quo  
ad prīmū est in prīmis notandum q̄ triplex est genū ciuitū i qua-  
cunq̄ urbe. Prīnum ē diuitum: quibus Deus dedit diuitias & ad-  
ministratōnē resp. Secundū est pauperi: quibus deest aliquando  
sufficiens uictus & pūsio domus: & familiē sue: Tertiū ē inopis &  
mendicantū qui p̄ter carnis & uestimentū nihil habēt. Se-  
cundo est notandū q̄ diuitib⁹ & cōmunitatib⁹ sub p̄cepto pec-  
cati mortalis p̄cipitur: ut his pauperibus prouideant: ut i quarto  
fundamento ostendimus: quod ante ambas q̄ones p̄po uimus.  
Q̄nīymmo deuteronomii capitulo. xv. addit: Deus formā p̄ce-  
pti dicens: Ego p̄cipio tibi hodie ut aperias manū tuam pauperi &  
quidē cōmunitates expleuerunt familiū mandatū de pūsione in-  
opum & mendicorū cōstituentes hospitalia: & dotantes & itē dis-  
uītes dantes panem ad hostium suū mendicantibus uel alias ellī-  
mosynas. Pauperib⁹ uero p̄nguiorib⁹ hūlitibus domos: & fami-  
lias sed insufficiē pūsionē. Cōmunitates & dñi haec tenus pūs-  
derunt de iurio uero p̄ testamento p̄cepto: uel p̄mittendo absq̄  
conuentione cōitatis Iudeos mutuare ad usuram: uel ciues sine  
usura: Verū qm̄ i xpiani usurari efficiunt: & iudei potuit chri-  
stianorum pauperi sanguinem: Ceptus est iste mons pietatis qui  
in casu proposito continet plures contractus. Tertio notandū ē  
q̄ contractus plures sunt species ut a beato Thoma in secunda  
secunde p̄cipue. q. lxxvii. & lxxviii. & canōe. 14. q. 4. c. pleriq̄ i glo-  
sa & i politicis Aristo. habemus: Pro quibus nota fm Guielmu*m*  
q̄ contractus ē obligatio aliquo*g* mutua uoluntaria. Obligatio

In hac diffinītione est genū: aliquo*g* uero natura ponit loco dif-  
ferentie: quia cōtractus nō ē ad unum solum: sed uoluntaria dicit:  
q̄a inuitus & uolentia nō facit cōtractum. Hoc genū diuidit  
in duo genera subalterna. uidelicet in contractum tacitum & ex  
presum. Tacitus dicit obligatio inter aliquos qua unus obligat  
alteri ex aliquo officio uel facto licito & honesto licet non iterue-  
niat exp̄sa utrūsq̄ obligatio. Huius solent ponī tres species scilicet  
ignorans: furiosa pupillaris. Nam ignorantia ponit negocii  
gestor: furioso curator & pupillo tutor. In tutela aut̄ & cura & ne-  
gocio*g* executione licet impubes & pupillus aut furiosus & igno-  
rans: q̄ sua negotia gerat nō exp̄se cōtraxerint tñ tutor cura-  
tor & negotio*g* gestor obligant: quasi contraxissent. Quarto  
est notandum q̄ cōtractus expressus diuidit ēt in multa genera-  
& species quasi subalternas. Sed que nobis sufficit hec diutlio est.  
Contractum expresso*g* altius mutui: alius lucri. Mutuū est con-  
tractus gratuitus inter mutuātem & q̄ mutuū accipit: quo indigē-  
ti cōmodat aliquid ad utilitatem indigentis nō mutuātis: saluo ei*g*  
capitali mutuato: in quo mutuās nihil sibi sperat: lucri uenturū  
ex pacto implicito uel explicito iuxta regulā Christi Luce. vi. c.  
Mutuū date nihil inde sperantes. Contractus aut̄ lucri ēt i quo  
neutra pars ledit alteram sed iuuat ad lucrum. Nam iusticia com-  
mutativa & negotiativa hoc habet auctore Aristotele in. v. Ethic.  
corū & beato Tho. fa fe. q. lxxvii. arti. primo: ut nullo pacto sit  
iusticia si alteri quoq̄ pacto nocet: sit aut semplicita si utrāq̄ p̄tē  
uuat: & auger. Hic cōtractus subdidit: qm̄ ali⁹ ē p̄uat: ali⁹ socialis.  
Priuatus ē q̄ ueſaf inter priuatas p̄sonas: & diuidit i cōtractum  
mercenarium & negotiatiuū. Negotiatiuū ē cum datur res p̄  
re ut unum p̄ frumento uel nūmū p̄ rebus: & hic dicit cōtractus  
uenditionis & emptionis. At cum dat usus p̄ pecuniā uel rebus  
tūc dicit mercenarius q̄a merces reddit usui & opationi & com-  
munitet uocat cōducio & locatio: ut cum q̄s locat usum domus  
sue aut operas suas p̄ aliqua mercede. Ultimo est notandū: q̄  
cōtractus socialis ē quem uulgas societatem uocat: & est contra-  
ctus quo aliqui ponūt aliquid capitale i cōmuni ad cōmune lu-  
crum eque statibus damno & lucro utrūsq̄. Et non refert utrū  
ambo ponāt res & pecunias: uel unus pecunias & aliis opam ut  
dicit beatus Thomas. fa fe. q. lxxviii. Nam plerūq̄ q̄d pecunie  
deest: per opam suppleat: ut. ff. pro socio, l. v. circa finem & cōmu-

b



nicanda sunt utrius lucra plicula & damnata ut cum beato Thoma concordat Goti. Osti. & nota. xliii. q. iii. c. pleriq. Diuidit autem contractus societatis in duas species: quoniam alius est diuisiuss: altius auctiuss & positiuus: altius mixtus ex utroq. Dtuissiuss est quo in fine anni diuidit lucrum & damni ex capitali & opa positis. Positius autem est qd in fine anni non diuidit lucru sed reponit iterato ad commune bonum partium augendum. Mixtus uero est qui in fine anni lucri partem diuidit: partem uero ad augendum reponit & hoc de prima parte decisionis dubit.

**C**Quo ad secundam partem decisiam dico qd hic casus ante ambas has questiones positus non est unus contractus ut qdam putat: quare non mirum si mox pnnuntiat ipm eē illicitum: qd ad pauca respiciētes facile enuntiant & errant: ut ait Aristoteles in elencis Nam in eo continentur plures contractus: & glibet eorū est licitus. Nam primus est iter monte & dantem elemosinas monti & hic est plus contractus quasi iter Deum & dantem elemosinas pauperi: qd foenerat dño qd misereat pauperi: ut dicit Proverbio. xix. ca. & Christi Mathei. xxv. qd inquit unius ex his meis minimis fecisti mihi fecisti. At uero secundus contractus est mutui iter montem & ciues qd mutuat pro ichoatione montis. Et hic est licitus si non sperat recipere aliud qd suum capitale & pñmum a deo de obediētia pcepti: Deuteronomii. xv. c. ut diuites puidet paupibus de mutuo: ut supra dictum est. Allogn si plus reciperet diuites dicti usurarii eēnt & ad restituendū monti obligarent. **C**Tertius contractus est iter pauperes & officiales montis ut reddat post mutuū tātū qdum sit eō & modestū salariū. Hic contractus est licitus qd est mercenarius & locationis: qd illi officiales locet opas suas pauperibus p'cōseruatione p'gnorū: & montis pauperū. **C**Quartus contractus est iter paupes & diuites qd mutuari p' ichoatione montis: ut pauper reddet mutuū monti suo reddat aliquid plus quousq; sit redditum capitale mutuati. Et hic est licitus qd non plus reddit pauper inchoati diuti monte qd posuerit. **C**Quintus contractus est iter dominos ciuitatis & monte: qd ad iplendū iussū diuinū: & nature constituunt monte: non sibi sed paupibus ciuibus: & hic p'prie non est contractus sed iconomica & ciuilitis prudentialia: qua pater filii suis & magistratus ciuibus paupibus assignat puidet & donat iure perpetuo quādam summa pecuniag p' necessitatibus eorū: in qua conueniat ppetua societate positua & auctiua: & hec p'picio est de iuf

diulno ex p'picio Deuteronomii. xv. c. & de iure nature quo nō s'fili parētibus sed parētes filii: & magistratus paupib' thesaurizant ut ait A postolus. Et enī finis ciuitatis ē p' se sufficiētia ut nemo sit agens: ut tradit Aristoteles p'prio politico. **C**Vltimus contractus est iter paupes & ipm mōte ipsoq; & hic contractus est societas auetue atq; positiva. Nā hic mod' est nihil aliud qd certa summa pecuniag donata societati pauperum: ad ppetuā substentationem illoq; & est depositum ipsoq; quod omni anno ipsimet augēt dando aliqd ultra sortem p' cōmuni bono suo augendo. Non enim illud ultra sortem datur officialibus: nisi aliqd p' salario sed dat deposito sibi & aliis paupibus cōmuni: p' quo itelligēdo diffiniēdū est in hac tertia parte dubi qd sit mons pletatis. **C**Quo ad tertiam partem notandū ē: qd illa est suprema & completissima diffiniētio s'm Aristotelē in li. de aia & posterioribus analeticis: que dat per quatuor causas: scilicet materialē formalē efficiētē & finalē. Sic enim ut ait erit sola positione differētis a potissima demonstratiōne. Quare ut plenus intelligamus qd sit mōs pletatis: diffiniēdus est a nobis p' oēs quattuor dictas casis in hūc modū: in utando nomē mōtis: qd est obscurum nomen: in depositū apostolicum: qd ē cōgruētius et itelligibilius Christianū vocabulū hoc pacto. Apostolicum depositū Patauinū est pecunia pie a patribus Ciuitatis collecta et ab his donata societati pauperū cluiū: et cōstituta in publicū usum et ppetuā substentationē illoq; ut nemo sit egēs qbusdam statutis itercedētibus: ad publicū beneficium dicte societatis: pauperū cluiū. In hac diffiniētioē depositum ē diffinitū loco mōtis pletatis. Apostolicū uero dictū ad differentiā depositi negocia et societatis diuisiue aut mixte qd hoc depositū cōuenit magis loculis Christi et crumene societatis apostolice: qd solū ad substitutionē apostolicā ordinabat: ut pater Iohannes. xliii. c. & actuū lxxii. Omnis enī uenditorū pecūnie et p'cūniū ponebant āte pedes apostolorū: et distribuebat unicui p' p'ut cuiq; opus erat. Dī autē patauinū: ja pataui fit: qd āt Viterbiū. Perusie: Senis Florētie et aliis ciuitatib' cōstituit: noie illaq; denoiaf: depositū apostolicū Viterbiense: Perusinū: Senēse: Florētinū et eiusmōti: hoc igit ē totū diffinitū: et totū qd sequit ē diffinitio: i qua pecunia ē loco generis et cause naturalis. Addit huic cause pie collecta: tu: qd ex elemosynis: tum qd hoc miseriari pauperum: tum qd ad iussū diuinū et ius nature iplendum collecta est in quibus omnibus est uera



pletas. Deinde ponitur causa efficiens cum dicitur a patribus ciuitatis collecta: & ab his donata societati pauperum ciuitati. Pater primus pauperum a canonibus dicitur episcopus: & cum eo rectores et princeps ciuium ut de se rege Iob fatetur. cap. xxix. dicens pater eram pauperum. Huius tanquam patres efficiunt & procurant hoc depositum & donant societati pauperum sicut & collectas faciebat pro eis beatus Paulus: ut patet prime ad corinthios. xvi. c. & in aliis locis. Et domini rectores similiter: & post donationem sunt illi monti non modo tanquam patres: uerum & magis tanquam tutores & curatores gestoresque depositi pauperum ciuium quemadmodum & Onias sanctus pontifex maximus igentem pupillorum pauperumque ac uiduarum pecuniam depositam curabat: ad substentationem illogique: & uictum ut scribit in secundo machabeorum. iii. c. Tangitur quoque species contractus cui dicitur societas pauperum. Nam est species societatis positiva: quia postquam hec pecunia et depositum venit in Ius pauperum tota societas pauperum reddit aliquid preter somorem ad augendum non bursam officium: sed suum commune depositum. Rursus ponit enim finalis cum dicit & constituta in publicum usum & perpetuam substentationem illogique: ut nemo sit egens. Nam per se sufficiens est finis ciuitatis: ut ait Aristoteles. i. politicus: quia per se sufficientia tenet publicam honestatem: & uirtutes ciuitatis sine qua ob paupertatem efficiunt uiri fures: sicarii: periuri factiosi & puellatique: conligate soluto pudore stupris sese subiiciunt: & ciuitas efficit prostitulum & spelunca latronum & soluif omnis debita politica: & ideo hunc finem posuit Deus Deuteronomii. xv. dicens: Omnes idigentes & mendicantes non erit iter uos: & paulo post si frater qui moratur itra portas tue ciuitatis ad paupertatem deuenit non obdurabilis cor tuum nec contrahes manum sed aperies eam pauperi & dabes mutuum quo eum idigere prospexeris: & infra Causa ne auertas oculos tuos a paupere fratre tuo nolens ei quod postulat mutuum comodare: nec quispiam callide agas in eius necessitatibus subleuans: ne clamet contra te ad dominum: sed dabes ei mutuum: & subdit non deerunt pauperes in terra habitationis tue. In circa ego precepio hodie ut aperias manus tuam fratri tuo egeno & pauperi. Hoc est ergo a fine ciuius societatis preceptum obligatum epos & rectores & magistratus nrbi ad prouidendum: mendicis quodam de perpetuo subsidio hospitalitatis: & pauperibus ciuibus de perpetuo promptoque mutuo ad usum necessitatis ipsorum: quod per prius seruatur

In hoc apostolico deposito: de quo dicitur actuum apostolorum. ca. llii. quod erat illis apostolis & Christianis omnia communia: nec quisque erat egens apud illos quia diuidebatur unicuique per cuius opus erat. Et ponitur in hac particula definitionis ad perpetuum uel um & substentationem societatis: quia hoc est de natura contractus societatis positiva & auctiva: ut pecunia perpetuo sit toti societati permanens & solus usus unicuique per necessitate subministratur ad substentationem: non ad proprium lucrum: quia sic est societas lucratua uel mixta non positiva quam intendit paterfamilias & episcopus ac rector per perpetuo usu substentationeque filiorum uel pauperum. Ultimo ponitur causa formalis cum dicitur. Quibusdam statutis intercedentibus ad publicum beneficium dicitur societatis & depositum. Nam huiusmodi contractibus et societatibus statuta et decreta sunt uelut forma: que omnes partes rei informat: dum officiales instituit: & ei leges prescrivit preceptivas et prohibitivas: dumque omnes cautelas assumit ne quid in fraudem fiat sed cuncta ad dei laudem: & bonam politiam conseruantur: dum fratribus suis ciuibus paupibus prouidet honeste ut uiuat: & a rapinis hominibus latrociniis & stupris: & huiuscmodi uicis abstineant: que sepe ob paupertatem & mutuum non habitum pueniunt: & ciuilem uitam atque conuersationem maculat & perturbat: & hoc de tercia parte decisiva dubium sufficit. ¶ Nunc ad ultimam ueniendum est in qua septem conclusiones ponentur: quae prima hec est. ¶ Depositi predicti, casus non est usurarius. Omnes enim casus ubi plus requiritur ad damnum accipientis mutuum quod accepit: potest dici usurarius: sed in hoc casu non requiritur a paupre plus quam accepit quod uergat in eius damnum imino in eius comodum. & beneficium cum augeat suum depositum: quare non est casus usurarii. ¶ Amplius ubi est usura distinguuntur oio mutuas & quod accipit mutuum cuius usure solum cedit in beneficium mutuatis. At in hoc casu depositum pauprem mutuas non distinguunt oino a paupre accipiente sicut nec depositum societatis a sociis: & item beneficium non solum cedit in utilitatem officialium montis quod non participat nisi salarium: sed cedit in utilitatem accipientis: dum liberi & socii augent depositum commune: quare non est hic usura. ¶ Rursus nemo committit usuram ad se ipsum: & ad sui depositi beneficium aspirans sed ad alienae burse beneficium ultra sortem transferens: sed pauper non transfert in alienum dominium & bursam: quod ultra sortem



certum pe, & in. l. si tibi dece[m] milia. ff. de pactis in principio. & in. l. cum ultra. C. de non nu. pe. Nec ad rem pertinet an pecunia sit dan[tis] uel aliena: quia consumptio[n]e secuta eodem modo contrahitur obligatio: ac si ab initio fuisse dantis. ut in. l. si a furioso & l. non omnis. §. i. & notatur in. l. ii. §. appellata & in. §. item mutuum. ff. sicer. pe. & in. l. si si filius familias eo. titulo & in. l. si quis pro eo. §. si n[on] mos. ff. de fidei usi. & etiam si pecunia que datur esset pauperum non esset tamē singulorum ut. l. sicut. §. si quid uniuersitati. ff. quod cuiusque uniuer. no. & l. instantum. §. uniuersitati. ff. de re. diui. & in. l. sed si hac. §. qui manumittit. ff. de i. sus. uo. Vnde si alicui ali, quid datur non minus esset mutuum quam si propriam reciperet pecuniam: & ideo non licet ab eo ultra aliquid accipere: & quicquid ultra accipitur ē usura ut dictum est. ¶ Preterea ubi qui recipit pecuniam aliquid ultra soluit pro sua mora per dinumerationem temporis dicitur esse usura ut notat Bar. in. l. 3. §. fi. de an. legatis. ff. & in. l. ii. ff. de his qui pecu. nomine: & in. l. cum stipulatus in fine. ff. de uerbo. ob. & in. l. Julianus. §. idem Papinianus. ff. de actioni. empt. cum similibus: de quibus per Petrum de ancharano in consilio. 89. incipiente in Christi nomine &c. Verba sunt ista solenniter &c. ubi per plura concludit q[uod] quotienscumq[ue] siue in contractibus siue in alia dispositione dicitur q[uod] donec quis sortem soluat debeat soluere tantum annuatim uel mensiatim illud erit usura: ergo idem dicendum in presenti casu. ¶ Preterea Nulla est causa adeo p[ro]ia uel fauorabilis ut liceat accipere ultra pecuniam que data sit: etiam si istud ageretur pro alendis pauperibus uel captiuis redimendis. ut habetur in capitulo super eo. de usuris. & in regula peccatum libro sexto per Ioannem Andree in mercutialibus: ¶ Preterea quāvis creditor post moram debitoris ultra sortem exigere possit q[ui]t[em] sua interest non solu[m] ratione damni emer[et] gentis sed etiam lucri cessantis ut in capitulo dilecti de foro comp. & in capitulo conquestus de usu. & in. c. sacro de sent. excō. ubi plene per doct. tamen ante moram debitoris non licet pacisci de aliquo soluendo ultra sortem pro futuro interest: ut post uarias op[er]i. concludit Ioann. Andr. & notant doctores in capitulo nauiganti de usuris: & refert Saly. In autem ad hec C. de usuris. in quintadecima questione: & Petrus de ancharano in regula peccatum de regu. iur. libro sexto in sexta questione. ¶ Preterea quāvis liceat genero recipere & lucrari fructus rei siue fundi ei dati pignori pro suo interest quia supportat onera matrimonii ut in capitulo salubriter de usu. tamen eidem non licet pacisci cum so-

cero q[uod] certum quid prestatur per soferum: donec soluerit dote[m] quam dare prom[is]it ut norat loan. An in capitulo salubriter preallegato sic non uidetur licere recipere unum denarium pro libra pro interesse expensarum a debitore qui pecuniam recepit. ¶ Preterea q[uod] non licet accipere dictum denarium pro libra singulo mense probatur per ea que norat Bal. in. l. cunctos populos in sua. rep. in. 3. coillumna. ubi ad propositum dicit q[uod] aut debitor fuit in mora: & tunc aut loquimur s[ecundu]m mundum aut s[ecundu]m Deum: Si secundum legē mun[er]am aut in contractibus bone fidei & uenient u[er]e in interesse ut in. l. quia tantūdem ff. de nego. g. in. l. nūmis. ff. de in litē iur. aut stricti iuris & tunc uenient post litem cont. ut interesse: ja post litē contesti. restitutorum est omnino iudicium: ut. ff. de usur. l. uideamus. §. in fabiana: &. §. si actionem. Si uero s[ecundu]m Deum non est ista differentia quia omnis obligatio est bone fidei: & ideo a tempore more semper uenient ut damnum & interesse. Si uero debitor nō fuit in mora dato q[uod] intersit agentis tamen respectu talis interesse nō agit: quia non superuenit aliqua causa extrinseca propter quam hoc sit sicut supra quando intercellit mora & ex ista theoria quam posuit Baldus uidetur q[uod] de iure diuino ante moram debitoris non licet petere ultra sortem q[uod]is creditoris intersit cum nulla procedat mora donec sunt in termino ueniendi ad soluendum & luēdum pignora sua. ut in. l. lecta. ff. si cer. pe. & in. l. si pupillus. ff. de uerbo. ob. ¶ Preterea communitas Padue seu ciues deputati per eandē comunitatem tenentur gratis & sine salario piam uoluntatem eorum qui oblationes fecerunt executioni mandare & pecuniam pauperibus distribuere ut in. l. nulli. §. cum autem uersiculo ita tamen & l. si quis ad decimandam. §. fi. C. de epis. & cle. ¶ Preterea si liceat aliquid accipere ultra sortem pro pensione domus & salario ministeriorum: & alis expensis occurrentibus daretur materia feneratorib[us] ex erendi usuris: dicendo q[uod] ultra sortem aliquid accipiunt pro suo interest & expensis necessariis: & ideo tali exactio non ē admittenda ut Insti. ui. bo. rap. §. sed nedum talia: & in. c. quanto de diuorti. & l. cum hi. §. si cum lis. ff. de transacti. & in. l. magis puto. §. si pupillus ff. de rebus eorum: & in. l. i. §. sed & si quis. ff. de carbini. edic. ibi nam si aliter obseruaretur: inuenta erit ratio: quēadmodum audacissim⁹ quisq[ue] &c. Vnde ibi notat glo. q[uod] auferenda est occasio delinquendi: sicut in lege prima circa pr̄incipium. ff. naute. caupo stabu. cum aliis similibus. ¶ Sed predictis non obstantibus: aliter nos putamus de iure d[omi]nū cendum: & quod licite possit exigi denarius pro



libra in thense sine aliqua suspliōe usurarie prauitatis ea maxime ratione quia communitas Padue que per suos ministros distribuit inter pauperes pecuniam cum augumento unius denarii p libra nullum habet ppositum fenerandi uel faciendi aliquod lucrum ad utilitatem ipsius cōmunitatis uel alicuius particularis ciuii: sed intētio ipsius cōmunitatis potius est subuenire paupibus in suis necessitatibus de pecunia ad hoc d. putata: & eximere pauperes a grauissimo onere usurarum que extorquentur a Iudeis & tale ppositum absq; dubio est laudabile & procedit ex maxima caritate & a nemine pot redargui & potius meretur laudari tanq; plū & sanctum propositum: & in primis ē ipsum propositum considerandum ut in. l. uerū est si meretrīcē. ff. de furt. & i. l. si quis nec causam: & i. rogasti. ff. sicer. peta. & in. c. consiluit de usur. & i. 4. q. iii. c. si feneraueris. Verum tamen est q; ista distributio pecuniarum inter pauperes nō potest fieri ita ut longo tempore duret & multis proficiat: ctiam p futuris temporibus sine expensa pro pensione domus & salariis ministrorum: & aliis occurrentibus ut dicitur in casu. Talis autem expēsa: sine dubio spe stare debet ad illos qui pecuniam uolunt habere pro suis necessitatibus. ut in. l. si ut certo. §. sumptus. ff. commo. & i. l. si in Asia. primo responso. ff. deposi. & ff. ad exhib. n. l. sed & si. §. quo autem loco. & in. l. ii. ff. de nego. ge. & in. l. ex maleficiis. §. pmo ff. de act. & obliga. & optimie probatur in. l. si quis nec causam: & i. l. rogasti. ff. si cer. peta. ubi si pro mutuo faciendo datur res uendenda petenti mutuum ut re uendita pecunia utatur si res pereat damnum precii rei que perit spectat ad eum qui mutuum habere uolebat quia eius res uendenda data erat. Deinde necessarium fuit istud onus expensarum equaliter distribuere inter eos qui presenti & futuri temporibus accepturi erant pecuniam mutuam: que distributio non poterat aliter equaliter fieri: nisi facta consideratione de quantitate pecunie que necessaria est pro expensis: & habita quantitate que necessaria esset eam exigere oportebat a singulis p mensura commoditatis quam qui q; consequeretur: & prout maiorem quantitatem pecunie habere uel et: & longiori tempore tenere sic etiā plus oneris sentire: unde ordinatum est q; exigatur unus denarius pro libra singulo mense que sine dubio fuit equa distributio pro rata commodi & utilitatis ut in lege manifestissimi. §. cum in secundam. C. de furt. & in. l. i. §. pro secundo. C. de cadu. tol. & in lege plane. §. si duobus. ff. de legatis primo & in. l. secundū naturam de reg. iur. Vnde quando exigitur ab aliquo unus denarius pro libra

ultra pecuniam quam accepit non accipitur pro lucro sed exigitur pro satisfactione expensarum que sunt necessarie: & iō non ē usura: quia tūc est usura qn ultra sortem accipitur p lucro ex pacto uel intentione: ut. 1. 4. q. 3. c. pleriq; & c. fi. & eadem causa. q. 4. capitu. si quis oblitus tenorem: & declarat loan. an. in regula peccatum de reg. iur. in mercurialibus: & lucrum tunc est quando aliqd supereft expēsa & damno deductis: ut i. l. aial latus mutuis. ff. pro fotio. In causa autem nostro nullum supest lucrum nec lucr̄ aliquod uult habere cōmunitas Padue p se uel p aliquo suo clue: nec etiā p suis pauperibus & ideo non pot dīci usura. Nam & creditor qui p expēsa p effacta in mutuo faciendo uel p interesse aliquid accipit non dicitur recipere usuram: ut in. c. ad audientiam de reb. ec. non alie. & notat hostiensis in summa: in tit. de usur. in. §. in quibus autem casibus uerū siculo xiii. Non enim tenetur creditor eum suo damno p ximo subvenire. xxiii. q. v. c. si non licet: & predicta diuersis pbanis exemplis & auctoritatibus. ¶ Nam & uendor qui rem tradidit: si p̄ciū ei nō soluitur licite poterit ultra sortem aliqd pro suo interesse ēt de iure canonico petere: ut in. l. ff. C. de usur. & i. l. curabit. ff. de actio. emp. & in. l. Julianus. §. Papinianus. ff. eo. & i. c. conq̄stus de usur. ¶ Preterea quando recipitur aliquid pro interesse ultra sortem: & nō uenit applicandum pro lucro ipsi mutuanti sed tertio licite accipit ut notat doc. i. c. primo de usur. ¶ Preterea si quis mutuauerit nauigāti uel eunti ad nundinas receptur aliquid ultra sortem pro eo q; suscepit in se periculum: id est si pecuniam uel merces inde emptas saluas reportauerit alias nihil recepturus etiam de sorte si illud recipit ratione mutui tantum est usura non obstante q; periculum in se suscipiat: ut est casus in. c. nauiganti de usuris: si autem recipit illud ultra sortē p̄cise rōne piculi & ut p̄cisi piculi & tūc nō ē usura s; licite recipit: & sic in casu nostro cum exigitur denarius non ratione mutui sed propter laborem custodiam periculum & alias expēsas ad quas tenentur mastarisi: depositarii & suprastantes recte & licite illum denarium recipiunt & ad hec faciunt que solēt dici de assicurantibus naues: q; ratione periculi quod in se suscipiūt licite aliquid recipiūt ut est glo. quam notant doct. in. l. i. naue saupeli. super uerbo oneatis aduersi. ff. loca. quam decisionem referunt: & sequuntur modēni in. c. nauiganti in. xiii. questioe: & laurentius de rodulphis in re pet. c. consiluit in tercia parte p̄cipali: In tercia questione de usuris: & Alexander in. l. a tīcio de uerbo. obli. Ad quod facit: quod consuluit loan. caldarini: consi. xi. sub titulo de usuris. ¶ Preterea licet



usure omni iure sint prohibite: si tamen creditor eare gratia se onerat ad aliqd equale uita mutua tunc non erunt nisi solo nomine usure & non erunt illicite: ut notat Saly. in. l. petens in quinta col. in uersi-  
culo quero tunc. 4. C. de pactis. ¶ Preterea illud quod datur p pen-  
sione domus uel propter laborem istorum massariorum uel deposi-  
tariorum datur uigore statuti: super hoc emanati: quod quidem in  
hoc casu ualere debet: quia ut dicit eleganter Ang. in suo consilio.  
Ixxxvii. quod incipit pro decisione quesitorum pmissio: circa si. licet  
p statutum non possit induci exercitium usurarie prauitatis: qd con-  
tradicit iuri diuino tñ p statutum bñ potest induci ut aliquis admini-  
strator conuertens i usum suum pecuniam dñi certum quid ultra  
sortem soluere teneatur qm illud quod sortem excedit: aut erit pe-  
na: aut interesse dñi: aut questus factus ex usu: & a statuto presum-  
ptus: sic ergo dicendum ē in casu isto: quod illud quod statutum est  
tantum dari pro libra a recipientibus mutuo ē illud quod pre um-  
perunt statuentes & arbitrati sunt posse expendi pro pensione dos-  
mus: & p interesse seruentium ratione laboris & periculi. ¶ Preter  
ea qñ facta relatione huius pstationis qd usura ad aliud antecedēs  
resultat quasi facio ut des: ut i matrimonio: ut i. c. salubriter de usu.  
uel uendo & trador: ut des: ut in. l. curabit. C. de acti. emp. uel patior  
ut des: ut de feudis c. primo uel est susceptio periculi ut des: ut in. l.  
periculi de nau. fenor. Aut alia resultat conformitas uetus ad alte-  
rum: Ibi proprie non dicitur esse usura: quia non est lucrum: sed est  
quedam compēsatio debita hinc inde: & ita debet intelligi. l. socium  
qui in eo. ff. pro socio. ut notat Bald. C. de summa trini. & fid. cath.  
in. l. cunctos populos: in. vii. col. In uersiculo. Item do quādam res-  
gulam. & ita est in casu nostro: quia id quod datur pro compensatio-  
ne expensarum & laborum datur: & non potest dici dari pro lucro  
sed pro damno: unde non est usura: pro quo facit quod notat Idem  
Bal. in. l. unica. in. 4. col. C. de senti. que pro eo quod interest: ubi di-  
cit qd quicquid accedit sorti est usura: nisi usq; ad uerum interest: sed  
illud quod datur est loco interest: quia uere interest ratione pensio-  
nis domus laboris & periculi ut supra dictum est: & ideo non ē usu-  
ra. ¶ Preterea ille qui receperat pecunias sub usuris dum uellet cre-  
ditori sortem & usuras reddere rogatus ab amico pecuniam mutua  
uit cum pacto ut qui mutuum recipit: eslituat sorte & usuras: quas  
alteri so uel licite recipit: quia non recipit ut usurā s; pro iteresse suo  
prout uolunt omnes scribentes: in. c. naufraganti. de usur. & legiste in  
aut. ad hec. C. co. titulo. ¶ Preterea hoc regulare est qd ubi creditor

recipit ultra sortem: non pro lucro sed pro interesse suo non dicit  
usura: ut notat Cy. in dicta auct. ad hec: & doctores. in. c. conque-  
stus de usuris. ¶ Similiter qui recipit ultra sortem expensas quas  
fecit in re pignori data non dicitur petere usuram: ut in. l. si necessa-  
rias. ff. de pigno. acti. ¶ Similiter creditor qui ultra sortem recipit  
estimationem operarum nuncii sui transmissi pro reportādis pecu-  
nii mutuatis licite recipit sine suspicione usurarum prauitatis: ut i  
l. triadicie. ff. de acti. & obli. & l. periculi. ff. de nau. feno. ¶ Sic etiā  
fidelislor repetit a debitore non solum sortem sed etiam usuras qd  
pro eo soluit: ut notat plene loan. and. in regula peccatum de reg.  
fur. in mercurialibus: & notatur in. c. peruenit de fideiuss. ¶ Simili-  
ter etiam qui mutuat pecuniam communitati cuna pacto qd iterim  
donec ei pecunia restituatur non teneatur soluere collectam: qd nō  
lucratur: sed solum damnum euistat nō dicitur facere usuram: ut no-  
tat Specu. in titulo de usur. §. l. uersiculo sed pone qd aliqua commu-  
nitatis: & hoc per iura ibi per eum allegata: ubi pulchre istum articu-  
lum examinat: & Io. n. an. in. c. consuluit de usuris. facit etiam quia  
campfor cambiat monetam: & pro quolibet ducato recipit unum  
solidum de uero ualore quando dat monetam: & si recipit monetā  
& dat aureos ducatos uult ultra uerum ualorem unum solidū: pro  
quolibet ducato: & si facit dare pecuniam in loco remoto ultra uerū  
ualorem pecunie quam dare facit recipit certum quid & sūm omnes  
doctores licite recipit pro suo labore: & pro expēs quas facit in pē-  
sione domus & salariis factorum & discipulorū: & dicuntur ista cam-  
bia licita: ut notat glo. in. l. iii. C. de exercitoria: & ibi Saly. & Bal. in  
rubrica de consti pecu. in principio & in R. ub. de usuris rei iudicate  
& Saly. in aut. ad hec. C. de usu. in. xi. qōne: & laurentius de rodul-  
sis in tractatu de usur. xxvi. q. in secunda parte: & prima questione  
ultime partis & assignant rationē quoniam non ē equum in uanum  
laborare: pro illis qui indigēt hīc pecuniam: & expēs & laborū  
& Itineris habēda ē ratio. c. magne de uoto & uoti. red. & officium su-  
um nemini debet ēē damnosum: ut in. l. sed & si quis ex signatorib;  
ff. qōne testa. apian. & in. l. si seruus cōmunit. §. quod uero. ff. de fur-  
tis: & de curat. bo. dan. l. ii. §. queritur: & l. si quando. C. de testibus:  
& ff. ex quibus ca. maio. l. uide licet. & l. apparidores. ff. de exacti. tri-  
bu. libro. x. & bene facit quod notat beatus Thomas: Secunda secū  
de questione. xxvii. articulo. 4. ¶ Preterea etiam i mutuo post mos-  
ram debitoris licitum est recipere damna & expensas & omne inter-  
ēē creditoris ut in. c. dilecti filii. de foro compe. ibi cum Iustis & mo-



deratis expēsist& congrua satisfa<sup>t</sup>ione damno<sup>r</sup> & i.c. conquestus quo casu propter moram potest exigere creditor ultra sortem quatenus interest non solum rōne damni emergentis: sed etiā lucri cef santis: ut uolunt doctores i dicto. c. dilecti: & ca. conquestus & notat Innoc. i.c. sacro de sent. excō. & per tex. i. l. ii. §. si. de eo quod certo loco. ¶ Facit ēt qd si propter suas necessitates creditor recipit pecuniam sub usuris pōret ultra sortem eas petere sibi restitui a debitor suo: Nam eius iterest: & damnum sentit propter moram debitoris: ut notant doct. post Inno. i.c. primo de usuris. ¶ Nō obstat allegata i contrarium quia ex predictis satis potest patere responsio & particulariter respondendo non obstat quod prio loco dicebatur qd quicquid accedit sorti est usura: quia habita ratione exp̄nsaq & la bortum: nihil accedit sorti & tantum qdum recipitur tantum abest pro expensis necessariis: & sic nullum superest lucrum: & ideo nulla usura. ¶ Que responsio tollit ēt secundum argumentum: qd tūc est usura quando aliqd recipi ultra sortem: p dinumerationem tē potis quando recipi ut lucrū secus si recipi in recompensationē dā noī & expensaq qd tunc non est usura sed licita exactio a lute permissa ut pbatum ē p multa exempla. ¶ Similiter tollit ēt tertius argumentum qd fateor qd nulla tamē ē adeo pia & fauorabilis ut liceat accipe ultra pecuniam que data erat ēt p alendis pauperibus: uel captiuis redimendi: quando accipi tanq lucrū sed in recompensationē damno<sup>r</sup> & expensaq licitum ē recipe rōnibus atēdictis. ¶ Nō obstat cum dī qd non licet pacisci p futuro interesse de aliquo soluendo ultra sortem: nam illud procedit ubi icertum eslet interesse: sed p expensis: que de necessitate iminent faciende potest optime pacisci: & sine peccato potest recipi qd non recipi ut lucrū ut dcm ē sed recipitur pro sorte qd cum expēsa pertinuerit ad eos qd mutuum receptri crant ut dcm ē si cōmunitas uel eius mister soluit tales expēsas uel obligat se ad soluendum utiliter gerit negocium illog: & iō līcīte exigit a quolibet pro rata sua iuxta distributionē equaliter factā de uno denario pro libra: ut sicut qlibet qd pecuniam recepit habuit cōmoditatē pecunie: Ita pro sua rata agnoscat onus expensaq si cut supra declaratū est. ¶ Nec āt obstat quod dī de genero cui non licet pacisci de aliquo soluendo p socerum: donec de dote satisfaciat Nam opīnīo p̄dicti Ioā. an. de qua i dcō. c. salubriter cōiter reproba<sup>t</sup> per modernos: qd tenent qd gener ex pacto pōt ānuatlm certū quid recipere a socero donec soluerit dotem: & hoc p eo qd interest ipsi<sup>r</sup> generis: qui substinet onera matrimonii: ut notant doctores in dicto

ca. salubriter & i.l. ifulam. §. usuras. ff. solu. ma. ubi plene istum articulum prosequitur: & sic attēta cōi opī. est ad propositum nostrum: qd sit licitum recipere unum denarī pro libra pro onere expensaq que occurunt faciēde pro isto pō opeū exequēdo. ¶ Nec obstat qd ante moram debitoris non sit licitum aliqd recipere ultra sortem: ut uoluit Bal. in dicta. l. cunctos populos in repet. qd itelligimus dictū Bal. qd non superueniente causa extrinseca more non licet petere a debitore ultra sortem quando creditoris iterest. s. quando aliter nō conuenit iter partes. Nam obligatio mutui non contrahitur ultra qd sit data pecunia: ut. l. rogasti. §. si tibi decem cum similibus: & ideo qdūs ultra intersit creditoris cum debitor nō fuit i mora nō pōt comedinari ultra qd sit obligatus qdūcūcū sit interesse creditoris: tamen ex pacto uel statuto licite disponi pōt qd ultra sortem ad tale iteresse debitor obliget creditori: & ita est i casu nostro: unde si non ēt alla conuentio: uel aliud statutum & cōmunitas Padue maximas faciet expēsas p distribuēda pecunia iter pauperes: tñ recipientes non ēnt obligati ex ipa numeratione. Ex pacto aut uel statuto possunt obligari. Immo uerius licet ex numeratione ultra non sint obligati qd acceperint tñ ex eo qd cōmunitas eōq contemplatione fecit expēsas ex quasi contractu obligant actione negotiorū gestorū quasi negotium ad eos pertineat uel ipso gestu: uel re ipsa. Iuxta notata i. l. si pupilli. §. idem querit. ff. de neg. ge. ¶ Non obstat qd ministri & executores tenent dictam pecuniā gratis: & sine salario distribuef qd fateor hoc ēē uerū de iure cōl: ut i iuribus supraallegatis: tñ qd difficile ēēt iuenire tales ministros qd essent idonei & foluendo & fidesles nisi aliquod pretium afferret: potuit cōmunitas Padue ex iustis causis iuri cōi derogare. Statuendo qd puldeaf de salario cōuenienti lūxta labores & fidem: & industriam uniuscuiusq: ut in. l. i. C. de aſſessorib: non dīminuēdo aliquo modo pecuniā deputatam ad usum pauperum: sed eam itegre conseruādo: ut in. l. nulli & l. si qd ad declinandam. C. de ep̄f. & cle. & talem pūisionē facit dicta cōmunitas statuēdo qd accipientes pecuniā contribuāt ad onus expensaq: pro equa & iusta portione: ut supra declaratum ē p quo faciunt notata p Bar. in. l. phibere. §. plane. ff. qd uī aut clam. & in. l. oēs populi. ff. de iu. & iur. & i. l. iii. §. diuus. ff. de sepulchro uiō. & l. item eorum. §. i. ff. quod cuiusq uniuersitatis. ¶ Non obstat qd ultio loco dicebatur qd aperta erit uia feneratoribus ad exercendū fenus dicendo qd ultra sortem aliqd uolunt accipere pro expensis necessaria. Nam aliud quod contendit cōmunitati Padue: de cuius inten-



tione euidēter apparet: & in qua non cadit suspicio usurarie prauitatis non conceditur aliis priuatis: gbus sine dubio q̄tū ad forū conscientie: & quātum ad deum idē pōt dici ut līcīte liceret recipere quātum eis abesset pro damnis & expēs: sicut probant exempla supra adducta: tamē non eēt passim cōcedēdūm priuatis hominibus sim, pliciter aliquid accipere ultra sortē nisi in casib⁹ in quibus de eorū damnis & expēs euidēter apparet: & maxime quia communitas Padue non uidetur hoc facere sua propria auctoritate: sed auctoriāte & consilio reuerēdissimi in Christo patris & dñi. d. Petri barocili vñri sapiētissimi: & utriusq; iuris doctissimi: ac sacre theologie huiusq; regle urbis Padue presulis religiosissimi. Qui & si pro sua modestia & humanitate in hac re aperte non scriplerit: attamē sua sapientia cognita pia intētione communitatis Padue erga pauperes: modo & forma ac ordīne ipsius rei: carēte omni suspicioē usurarie prauitatis. Ne dum opus ipsum piissimum approbauerit: sed ære proprio adiuuit: & indies pro tam pīo opere & sanctissimo inuigilat ut succurratur calamitatibus idigentius; pecunia sine peccato. Immo uerius ēt accedit auctoritas sedis apostolice que huiusmodi modū mutuandi ad beneficium pauperum approbat & approbauerit in diuersis ciuitatibus: ubi iste modus mutuandi nouiter est inuentus: & quāuis nulla auctoritate episcopali uel papali possit approbari exceptio usurarum q̄ i ueteri & nouo testamēto ē prohibita: ut. xxv. q. i. sunt quidem & quarta distin. in pr. nci. & octaua. d. contra mores & notat glo. in. c. a nobis de deci. & notat Ioan. an. in. ca. salubriter de usuris & doctores post glo. in. c. proposuit de concessione p̄bēde & in. c. si quando de rescriptis in penultima col. p modernos & in. c. q̄ in ecclesiātum de consti. Tamē optime pōt declarare talem modū carere suspicione fraudis usurarum ut in. c. p uenerabilem qui filii sint legittimi. Ex quibus concludimus q̄ in p̄senti casu nulla sit suspicio criminis usurarum in cōmunitate Padue nec in eius ministris & p̄fidētibus: qui & apud deum gratiam & eterne salutis p̄misū & apud homines audē non immerito sperare posse uidētur. Quantum autē ad eos qui recipiunt mercedē & salarium laborum suorum similiter nulla cadit suspicio usurarie prauitatis. Nam līcīte recipiunt sicut illi q̄ aliorum pecuniam custodiēdam & portandam ultra mare uel ad alium locum accipiunt: ut in. l. nauta. ff. naute caupone. stab. & in. l. qui seruandarum. §. fi. alias est lex: solent: & l. naturaliss. §. at cum do. ff. de p̄scrip. uerb. & in. l. in nauē sau. feli. ff. locati: & in. l. qui operas: & in. l. qui mercedē. ff. locati: & notat Innocētius. Hos

stienis & Ioan. an. in. c. fi. de usuris: & Laurētius de rodulfis i dicto suo tractatu de usuris: q̄stione. xxv. & maxime q̄a uere ipsi non mutuant pecunias: sed sunt custodes & distributores pecuniarum: que sunt Christi: & ipsorum pauperum: ut notat Ioan. an. i. c. cum sup elatione de causa pos. & pro. in glo. magna. in princi. & not. in. l. id quod pauperib⁹. C. de episco. & cle. & p Bar. in. l. i. §. municipes. ff. de acqui. pos. & sic nullum ē mutuum quantum ad ipsos ministros & distributores pecuniarum: & ubi non ē mutuum nō cadit usura. ea. consuluit de usuris: & p Ioan. an. in regula peccatum in mercurialibus: & sic nulla pōt esse usura recipiendo mercedem & salarium. Laus Deo omnipotenti.

F[NIS.]

Ego Aluissius Cauponius. q. s. Ioannis clavis & habit⁹. Padue in quarto domi centro sancti Nicolai & contrata sancte Agnetis publicus apostolica & imperiali auctoritate notarius & Iudex ordinatus ac sacri collegii dño: utriusq; iuris doctorum Padue scriba ex petitioni et publicationi suprascripti consiliū interfisi: & eidem in fidē & testimonium manu propria me subscripsi signo meo apposito consueto.

Casus montis Pietatis magnifice cōitatis Padue.

**M**agnifica communitas Padue habet certam pecunie q̄tūtē congregatam ex oblationibus fidelium ciuium suorum uel districtualium per exhortationes & suasiones regiosissimi uiri fratris Bernardini ordinis minorum ad beneficium pauperum: & eorum subventionem ut in suis necessitatibus habere possint pecuniam per quam sibi: & suis subueniant. Quam quidem pecuniam eadem communitas intendit custodiēre: & conseruare ad beneficium dictorum pauperum: & inter eos distribuere equaliter quantum fieri potest. Et propterea statuit & ordinavit modum & mensuram dictæ pecunie distribuende. Statuens q̄ cuilibet petenti non liceat dare ultra ducatos tres. Et hoc ut plures possint participare de dicta pecunia. Et ut hec fieri possint desputauit ministros qui custodirent dictam pecuniam: qui eam distribuerent inter petentes: & pignora acciperent & suo periculo custodirent & a uolentibus restituere reciperent & pignora redderent & pecuniam ex uenditione pignorum exigerent. Et de p̄dictis

c 11



omnibus computum tenerent & libros datorum & acceptorum conscriberent & rōnes administrationis sue redderent. Pro q̄bus ēt expe diendis necesse est domum conducere: & pro domo pēfionem: & p̄dictis ministris salaryum soluere. Quam expensam statuit eadem cōmunitas faciendam ēē p̄ illos q̄ pecuniam accipiunt. Et ut q̄tum fieri posset onus dictarū expēsarum equaliter distribuere. Statuit q̄ p̄ q̄libet solueret de pecunia quam recipet unum denariu; p̄ libra singulo mēse. Existimās tñ exigeā q̄ sufficiat ad expēsam necessariam p̄dictam: & si aliqd supēsset restituere soluētibus pro rata sua si fieri posset. Si minus dispensare iter paupes: uel alias ut meltus d̄ iure fieri posset. Nihil penitus retinēdo i augmētum sūme sive q̄titatis p̄dictae mutuande. Quare an p̄dicta fieri possunt sine crimine usurarie prauitatis.

**C**In dei noīe: uiso casu & articulo suprascriptis: uideā mihi aduersēdum q̄ quātitas pecuniarū de qua supra non ē cōitatis Padue: sed Christi & ecclesie uniuersalis: ut uideā uelle glo. & ibi doc. i. l. id qd̄ paupibus. C. de epif. & cle. sicut dicimus de bonis q̄ oblata sunt alia cui ecclesie: ut not. Io. an. post Ostiē. in. c. cum sup electione circa prin. glo. magne: de causa pos. & ppri. & not. glo. ii. in. c. ii. d̄ uerbo. signi. & qd̄ not. Bar. in. l. i. q̄ municipes i fi. ff. de acqui. pos. Et cōmunitas Padue & ministri p̄ dictam cōmunitatē deputati sup custodia cōseruatione & distributione dictarū pecuniarū ad beneficium pauperum iuxta ordines & decreta dictae cōitatis Padue & eius consiliis sunt executores eorū q̄ fecerūt dictas oblationes & ea mēte & intētione uident oblationes fecisse rex & pecuniarū ut deputati p̄ consilium cūitatis exeq̄ haberēt uolūtātē eorū q̄ sic offerebāt. Et ēt pollis cebaf idē religiosissimus frater Bernardin⁹ q̄ populū exhortabaf ad hmōi delationes faciendas. Vbi aut̄ cessaret dicti executores p̄tineret executio uolūtatis p̄dictarū offerēti; reuerēdissimo epo: paduano ut in. l. nulli & i. l. si qs ad declinādam. C. de epif. & cle. & i. c. nos qd̄ de testa. Ministri aut̄ p̄dicti p̄ cōsilium dictae cōitatis deputati dictā pecunie q̄titatē i subuētione pauperū deputatā omni studio tenent̄ itegram cōseruaf & licitū modis q̄tum p̄nt augere minuerūt aut̄ nō p̄nt ullo mō eam. Occasione aliquarū expēsarū & gratis & sis ne salario tenētur p̄iam uoluntatē eorū q̄ oblationes p̄dictas fecerunt executioni mandat̄: ut dic. l. nulli. q̄. si at. Versiculo ita tñ: & dicta. l. si qs ad declināda. q̄. finali. C. de epi. & cle. Intētio at̄ dictae cōitatis & eius cōsiliū eadē est: q̄ dicta pecunia augeat & conseruet & nulla de ea fiat diminutio p̄ aliqbus expēsis uel p̄ salaryis da ndis ministris.

Et executoribus eiusdem ple uolūtatis. Tamen quoniam ēt diffi-  
cile inuenire tales niſtos & executores q̄ cum maximis eorum la-  
boribus & ēt periculo uellent tale onus in se suscipē iustissimis sub  
ſistentibus cauſis & rationibus decreuit eadē cōmunitas & eius  
consilium ministris p̄dictis statuēdum ēē honestum & condignum  
salaryū aliunde tamē soluēdum q̄ de pecunia ſdicta ad plū usum  
deputata. Et hoc qdem fine dubio sup hoc legē condēdo facere po-  
tuit eadē cōmunitas Padue: ut i. l. prohibere. q̄. plane. ff. qd̄ uſ.  
aut clā & quod ibi no. p̄ Bar. Ad quē aut̄ onus dictae expēse p̄ salaryis  
exſoluēdīs & pēfione domus & ſimilibus de iure p̄tineret dubi-  
tare poterat. Et mihi uideā q̄ onus p̄dictae expēse ſpectet & p̄tineat  
ad eos q̄ dictam pecuniam mutuo accepturi ſunt ad eorum enī be-  
neſcium cōmunitas Padue deputauit dictos ministris & execu-  
tores ut quandocūq̄ eis expediret pecuniam habere reperiēt unde  
peterent. Vnde omnis expēſa ad eos de iure debet ſpectare quoruſ  
negocium gerit. l. ii. ff. de neg. ges. & l. ex maleficiis. q̄. i. ff. d'actio-  
& obli. Et cum illi q̄ pecunias obtulerunt & eoruſ executores nullū  
habeant propositum fenerandi. ſed uſum pecuniarum gratis pete-  
tibus concedere ſi ad hoc pium propositum expēſa aliqua occurrit  
ſacienda ad eos ſpectare debet q̄ pecuniam ſunt accepturi probat  
optime in. l. fi qs nec cām & in. l. rogaſti. ff. ſi cer. pe. ubi ſi petis a me  
pecuniam mutuam: cum non habeam propositum fenerandi: nec  
uelis ſtatim pecuniam accipere & crediti nomine obligari: & ego ex  
iustis cauſis affuturus apud te pecuniam depono: ut quando uolue-  
ris poſſis crediti noīe habere. Si interim ſine culpa tua pereat pecu-  
nia tuum erit piculum: cum tuſ contemplatione factum fuerit de-  
poſitum. Et ſic obligatus eris ad reſtitutionem quāuis nunq̄ crediti  
nomine dictam pecuniam accepisſes. Et eodem modo ſi cum pete-  
res a me pecuniam mutuam quam cum non haberem dedi lancem  
quam uenalem non habebam: ut eam uenderes & pecunia utaris:  
ſi interim illa pereat ſine culpa tua tuum erit piculum & teneris ad  
extimationem quāuis nunq̄ mutuo habueris. Et ſic expēſa eſtimas-  
tionis reſtituende ad te p̄tinebit quoniam tuſ contemplatione eam  
uendēdam tibi concessi. Sic in proposito expēſa salaryi ad illos de-  
bet p̄tneret quorum contemplatione ſunt deputati ministris ut pro-  
libito ſue uoluntatis poſſint pecuniam habere pro hoc ēt ē bonus  
tex. in. l. traeticie. ff. de actio. & obli. & in. l. periculi. ff. de nau. ſeno-  
re. Vbi ſi mutuaui pecuniam quam ultra mare uolebas expendere  
& tecum transmisſi ſeruum: qui eam pecuniam repeteret & repog-



taret teneris mihi ad damnā mea pro opis servi quas amittit: ut dicitur  
et al. tractat de actio. & oblig. & l. periculi. ff. de nauti. feno. Sic  
etiam expēsa facta per creditorem in re pignori data spectat ad de-  
bitorem & ab eo repetit potest. l. si necessarias. ff. de pigno actio.

**C**um ergo de iure expēsa pro dictis salariis prestandis eisdem  
ministris & executoribus postq̄ decretum est ex iustis causis q̄ sala-  
ria sint prestanta de iure spectat illis qui pecuniam accepturi sunt.

R estabat ut onus dictae impense equaliter distribueretur inter eos  
qui accepturi sunt pecuniam. Et facta consideratione de quanti-  
tate pecunie que necessaria esset pro dictis salariis: & pro pensione  
domus & pro aliis expensis huiusmodi necessariis ordinatum est q̄  
recipientes pecuniam soluant unum denarium pro libra singulo  
mense. Ita ut quilibet pro rata pecunie quam accipit & p rata tem-  
poris quo pecuniam tenebit sentiat onus impense necessarie. Et ē  
equa distributio oneris: que fit per mensuram commodi & utilitatis  
pro eadem enim mensura prestandum est onus: pro qua accipitur  
commodum: ut in. l. manifestissimi. §. sed cū in secundā. C. de furtis  
in. l. prima. §. pro secundo. C. de cadu. tollen. & in. l. plane. §. si duos  
bus secundum unam lecturam. ff. de legatis primo. & l. secundum  
naturam de regu. iur. **C**Patet itaq̄ ex predictis q̄ pecunia est dei sal-  
uatoris nostri: & communitas Padue est executrix uoluntatis eorum  
qui pecunias obtulerunt & q̄ ministri dictae communitatis: licet de  
iure commun. deberent gratis exequi dictam uoluntaem & dispo-  
sitionē eorum: qui optulerunt dictas pecunias. Tamē ex iustis cau-  
sis potuit eadem communitas p suum statutum siue decretum deroga-  
re iuri communi: & statuere salarym suis ministris & deputatis  
ad executionem dictae pie uoluntatis: & q̄ onus expensarum siue sa-  
larii & pensions domus dei iure pertinet & pertinere debet debitoris  
bus qui pecuniam recipiunt. **E**t ex predictis resultat decisio q̄stio-  
nis de qua dubitatur an predicta possint fieri sine crimie usurarie pra-  
uitatis. Nam pro certo nulla potest dici usura nec aliquod crimen  
ubi recipientes pecuniam soluunt impēsam que de iure ad eos spe-  
ctat & creditor qui pecuniam mutuat et si propriam pecuniam mu-  
tuaret non dicitur recipere usuram qñ recipit illud quod p mutuo fa-  
ciendo necessario expedit sed recipit sibi debitum & licet debitor sol-  
uat aliquid ultra q̄ recipit & q̄tum ad eum uideat usura tamen q̄tum  
ad creditorem non est usura cum ei tamen absit q̄tum recipit: sicut di-  
cimus i eo q̄ soluit penam aliquā q̄tum ad soluētem ē pena cum sol-  
uat & nihil sibi absit. **T**amē p parte creditoris plerūq; non est pena

cum recipiat quatenus eius interest: ut not. glo. in. l. si quis id quod  
§. fi. cum. l. sequenti. ff. de iurisdi. om. iudi. & in. l. l. §. si plures. ff. de  
eo p quem fac. er. & in. l. semp. §. prio ubi p Bartho. ff. quod ui aut  
clam. Et usura tunc est prohibita in veteri & nouo testamento leuitici  
xxv. pecuniam non dabitis fratri tuo ad usuram: & in psalmo. xliii.  
Domine qs habitabit: & Luce. vi. Mutuum date: nihil inde speran-  
tes: & c. q̄a in omnibus de usur. & xliii. q. iii. p totum: quando credi-  
tor ex mutuo recipit lucrum: uel paciscit uel qñ aliquid sorti accedit  
ex pacto uel intentione: ut in. xliii. q. iii. c. pleriq. & c. fi. & xliii. q. iii. c.  
si qs oblitus. Et declarat Ioan. and. in regula peccatum de regu. iur.  
in mercurialibus. In casu autem nostro communitas Padue nul-  
lum uult habere lucrum nec aliquid intēdit recipere ultra sortem p  
mutuo facto: & ideo illud quod recipit non est usura. Et de iure nō  
est dubium q̄ creditor q̄ p expēsa p eū sc̄a in mutuo faciendo uel p la-  
bore uel interesse suo aliquid recipit usuram non committit: ut i. c.  
ad audientiam de reb. ecclē non alie. Et not. Ostiensis in summa in-  
titulo de usuris in. §. in quibus autem casibus uersiculo. xlii. Et pro  
hoc facit quia non tenetur cum suo damno proxio subuenit. xxiii.  
q. v. si non ilceat ubi glo. super uerbo semet ipso. Et uēditor q̄ rem  
tradidit si premium ei non saluatur licite petit usuras p suo in-  
teresse et de iure canonico: ut no. in. l. ii. C. de usur. & in. l. curabit. C.  
de actio. emptio. & in. l. lulanus. §. idem Papinianus de actio. em-  
ptio. & in. c. conquestus de usuris. Et ille qui acceperat pecunia mu-  
tuani sub usuris: & dum uellet creditori sortem & usuras reddere ro-  
gatus ab amico pecuniam mutuauit cum pacto ut qui mutuum re-  
cipit restituat sortem & usuras quas alteri soluit. Et in quibus alteri  
tenetur licite recipit quia non recipit ut usuram: sed p interesse suo  
prout uolunt omnes scribentes in. c. Nauiganti de usur. & legiste i  
aut. ad hec. c. eo. titu. Et regulare est q̄ ubi creditor accipit ultra sor-  
tem non pro lucro sed pro interesse suo non dicitur exigere usurā  
ut not. Cy. in dicta aut. ad hoc: & omnes docto. in. c. conquestus de  
usur. Sic & creditor qui ultra sortem recipit expensas quas facit in  
re pignori data non facit usuram: ut. l. si necessarias de pigno. acti.  
Et creditor qui ultra sortem recipit estimationem operarii sui trās-  
missi: pro reportandis pecunias mutuatis usuram non facit. l. traie-  
cticie de actio. & oblig. & l. periculi. ff. de nauti. feno. **F**acit qđ ha-  
betur in. c. peruenit de fideiutto. ubi fideiussor repetit a debitore nō  
solum sortem: sed etiam usuras quas pro eo soluit ut plene ēt not.  
Ioan. an. in regula delictū de reg. iur. i mercurialib'. **F**acit ēt qm



qui mutuauit pecuniam cōstat cum pacto q̄ iterim donec pecunia  
ei restituāt non teneat soluere collectam: q̄a non lucrat sed solum  
damnum evitare non facit usuram: ut not. Spe. i. t̄ de usuris. §: p̄io  
versiculo sed pone: q̄ aliqua communitas: & hoc p̄ iura per eum ibi  
allegata: ubi pulchre istum articulum examinat: & Ioan. and. in. ca.  
consuluit de usuris. ¶ Facit etiam quia camporū cambiat monetas  
& pro quolibet ducato retinet unum solidum de uero ualore quan-  
do dat monetam: & si recipit monetam & dat aureos ducatos uult  
ultra uerum ualorem unum solidum pro quolibet ducato: & dare  
facit pecuniam in loco remoto ultra uerum ualorem pecunie qua;  
dare facit recipit certum qd. Et f̄m oēs docto. licite recipit pro suo  
labore: & pro expensis quas facit in pensione domus & salariis fa-  
torum: & discipulorum & dicuntur ista cambia licita: ut no. glo. in  
l. iii. C. de exercitoria: & ibi Salyce. & Bal. in rubrica de consti. pe. in  
principio: & i. rubrica de usur. rei sud. & Salyce. in aut. ad hec. C. de  
usur. in. xi. questione: & Laurentius de rodulfis in tractatu de usuris  
xxvi. questione in secunda parte: & prima. q. ultime partis. Et assi-  
gnat rationē quoniam non est equum in uanum laborare pro illis  
qui idigēt habere pecuniam & expēsarum & laborum & itineris ha-  
benda ē ratio. c. magne de uoto & uo. redem. Et officium suum ne-  
minī debet esse damnosum. l. sed & si q̄s ex signatoribus. ff. quēad.  
testamē. ape. & ff. de fur. l. si fuius cōmunis. §. quod uero. ff. de cur.  
bo. dan. l. ii. §. queritur: & l. si quando. C. de testi. & ff. ex ḡbus cau.  
mai. l. uidelicet: & l. apparitores. C. de exactis. trib. lib. x. & bene fa-  
cit quod no. beatus Thomas de aqui. fa fe. q. xxvii. arti. illi. ¶ Facit  
q̄ etiam in mutuo post moram debitoris licitum est recipere dam-  
na: & expensas & omn ente resfe creditoris ut in. c. dilecti filii de fo-  
to compe. ibi cum iustis & moderatis expensis & congrua satissa-  
tione damnorum: & in dicto. c. conquestus. Quo casu propter mo-  
ram p̄t creditor exigere ultra sortem: quatenus interest non solum  
ratione damni emergentis: sed etiam lucri cessantis: ut uolunt doc.  
In dic. c. dile. filii. & c. conquestus: & not. Inno. in. c. facro de sen. ex.  
p̄ tex. in. l. ii. §. ff. de eo: quod certo loco. ¶ Facit ēt si pp̄ suas ne-  
cessitates creditor recipit pecuniam sub usuris potest ultra sortē eas  
petere sibi restituta a debitore suo. Nam eius interest & damnum sens-  
tit propter moram debitoris ut notant docto. post Innoc. in. c. i. de  
usur. Nec obstat si dicatur q̄ ante moram debitoris non licet paci-  
sci pro futuro interesse ut post uarias op̄ infones concludit Ioan. an.  
& notant docto. in ca. nauiganti de usur. & tesserunt legiste in dis-

ta auten. ad hec: & maxie Saly. in. xv. q. Et petr⁹ de ancha. i. repet⁹  
in regula p̄tm de reg. iur. in. 6. in. 6. q. Nam p̄cedit op̄. Ioā. and. ubi  
lucrum esset incertum ubi autem ab initio iteresse creditoris omni-  
modo esset certum sicut est in casu nostro omnes concludūt q̄ licet  
pacisci de repetendo quatenus creditoris interest ultra sortem reci-  
pere: & maxime qñ est p̄sona in qua cessat suspicio fraudis sicut nūc  
est in cōmunitate padue: de qua certum est q̄ nihil lucrari intendit  
sed uult q̄ tm̄ exigatur a debitoribus q̄tum sufficiēs est ad satisiacē-  
dum oneri expensa: q̄ sunt necessarie pro tam pio ope exequēdo  
¶ Nec etiā obstat: si dicatur q̄ non licet genero pacisci cū socero: q̄  
prestat singulis anni certum quid: donec soluerit dotem quā dare p̄  
misit: ut notat Io. an. in. c. salubriter de usur. sic non uidetur licere re-  
cipere unū denarium pro libra donec restituerēt debitores pecuniā:  
quam mutuo acceperunt. Nam op̄y. p̄dicta Ioā. an. cōiter reprobat  
per modernos q̄ tenent q̄ gener ex pacto p̄t annuatim qd recipie a  
socero donec soluerit dotem & hoc p̄ eo q̄ interest ipsius generi qui  
sustinet onera matrimonii: ut notant docti. in. dcō. c. salubriter & in  
l. in insulam. §. usuras. ff. so. matri. ubi plene istum articulum prose-  
quuntur & sic attenta cōi opinione: est ad p̄positum n̄m: q̄ sit licitū  
recipere unum denarī pro libra p̄ onere expensa: q̄ occurunt fa-  
ciēde p̄ isto pio opere exeq̄ndo. ¶ Et ad confirmationē p̄dicto: q̄ bñ  
facit qd notat bal. in. l. cunctos populos. de sum. tri. & fi. ca. ubi inqt  
do quandā regulā q̄ qñ facta relatione isti p̄statiōis q̄ dicitur usura  
ad aliud aīcedens resultat quasi cōtract⁹ facio ut des ut i. m̄fimonio  
ut extra de usur. c. salubriter uel uendo & trado ut des. ut. C. de act.  
emp. l. curabit uel patior ut des: ut extra de feudis. c. i. uel resultat ali-  
q̄tia cōformitas uni: ad alteri: ibi p̄pr̄ie non dicitur usura q̄a non est  
lucr⁹ sed est quedā recōpensatio hinc inde. Et ita debet intelligi: qd  
habetur in. l. socium q̄ in eo. ff. pro socio. ¶ Nec obstat p̄dictis quod  
Idem bal. notauit in rep̄t. dicte. l. cunctos populos. C. de sum. tri.  
& fi. cat. ubi dixit ad p̄positū nostrū: hec uerba. uidelicet tu dic. Qd  
aut debitor fuit i. mora & tunc aut loquimur f̄m mundum: aut f̄m  
Deū: Si secundū legē mundi aut in cōtractibus bone fidei & uenit  
usure: ut interest: ut in. l. quia tantūdem. ff. de neg. gestis. & in. l. nū  
mis. ff. de in litem luran. Aut in stricti iuris: & tunc ueniunt post li-  
tem contestata ut interest: ante aut non: quia post litem contestata  
restitutorū est omne iudicium: ut. ff. de usur. l. uideamus. §. in fabia  
na: & in. §. si actionum. ¶ Si uero f̄m Deum non est ista differen-  
tia quia oīs obligatio ē bone fidei. Et ideo a tpe more semp uenit



ut daminum & iteresse. Si uero debitor nō fuit in mora dato q̄ iter sit  
agentis tñ respectu talis iteresse nō agit ga nō supuenit aliq̄ cā extrī  
seca pp quā hoc sit sicut supra qñ itercessit mora: q̄ gdē uerba ponū  
tur p eundē bal. i dcā repeti. l. cūctos populos i. 3. col . Et sic uī q̄ de  
ture diuīo aī morā debitoris nō liceat petere ultra sorte: q̄uis credi  
toris iter sit. Quia itelligo dictū bal. q̄ nō supueniente cā extrinseca  
more: nō liceat petere a debitore ultra sorte: qñ creditoris iter est il.  
Iud posset pcedere qñ alit nō cōuenit iter ptes. Nā obligatio mutui:  
nō cōtrahit ultra q̄ sit data pecunia. l. rogaſti. q̄ si tibi decē si cer. pe.  
&c. l. si tibi decē milita. ff. de pactis. Secus ubi alit conuentū ē iter ptes  
sicut patet in exemplo eius: q̄ debet pecuniam sub usuris: & cū facere  
uellet creditori suo alteri mutuauit pecunia. Nam si aliud nō  
paciscitur ab eo cui mutuat nihil repetere poterit: nisi quod mutua  
uit quia ultra non obligatur qui recipit & in potuisse licite pacisci:  
quia recipiens pecuniam mutuam illā restituere tenet: & ultra qua  
tenus iterest ipsius mutuatis p usuris: quas alteri soluit ut patet p ea  
que supra allegata sunt. Nec obstat si dicatur q̄ glibet fenerator:  
poterit dicere se recipere pro suo labore: & pro necessariis expēnsis &  
salario suorū factorum nam ei non creditur nisi ueritas appareat: &  
q̄ non habuerit causam nec ppositū fenerandi: ut dicta. l. si quis nec  
cām: si cer. petat. Ex quibūs concludo q̄ in pñti caū nulla sit sus  
picio criminis usurae in cōmunitate padue q̄ nullū hēt ppositū fe  
nerandi uel lucr̄ faciendi sed tñ exeqndi piā uoluntatē eoꝝ q̄ pecu  
nias obtulerūt omni meliori mō quo pōt. Ita q̄ pluribus posset sub  
ueniri & ppetuūs tpibūs: & pecunia oblata non diminuat. Ita ut de  
seruire possit ad cōmodū plurimi: q̄ successiue dictā pecunia habe  
re poterit p suis neccitatibus contribuendo p necessariis expēnsis: &  
capitali saluo semp manente. Quantū ad ministros q̄ recipiūt sa  
larium suū & mercedē suorū laborū nulla cadit suspicio usurarie pra  
ultatis. Nam licite recipiunt sicut illi qui alioꝝ pecunia custodiendā  
& portandā ultra mare uel ad alium locū accipiunt ut in . l. & ita. q̄.  
ex hoc edicto nau. cau. stab. & l. qui seruandaꝝ. q̄. si. alias est lex fo  
lent & l. naturalis. q̄. ad cum do. ff. de pscrip. uer. & l. i naue sauphe  
li. ff. locati. & l. qui operas & l. qui mercedē. ff. locati. Et notat Inno  
Ostiensis: & lo. and. in. c. si. de usuris. q. xxv. & maxime quia uere ip  
si non mutuant pecunias sed sunt custodes & distributores pecunia  
rum que sunt Christi: & ipsoꝝ paupēh: sicut dictum est: & ubi non  
ē mutuum nō cadit usura. c. consuluit de usur. & per lo. and. i regu  
a peccatum in mercitalibus. Laus deo.

Et ita ut supra dcm ē dico & cōsulo iuris eē ego Ioā. bapt. rozell<sup>9</sup>  
iuris utriusq̄ doctor Iura ciuilia ordinarie de mane legēs i felici stu  
dio patauino: & iō manu ppria subscrispi & signo meo signauit: con  
sueto: submittēs me iudicio sancte matris ecclesie & reuerendissimi  
dñi mei dñi epi patauini & cuiuslibet melius sentientis.  
Saluatoris nostri inuocato suffragio. In pñti cōsultatiōe cū mula  
ta elegāter & copiose fuerit p q̄plures Clarissimos uitios deducta ad  
cōfirmationē istius montis pietatis p que siqd scrupuli penes pñnas  
ces erat deberet eē sublatū. Iccirco existimo paucis insistēdū. Addu  
cendo tñ aliqua que uident & possent aliqualē dubitationem gene  
rare iis qui aliquando trepidat ubi trepidandum non est. Quibus si  
gillatim respondebo concludendo pro ipso monte pietatis.  
Et primo q̄ iste modus mutuādi nouiter iuentus nō uideat licit<sup>9</sup>  
nec tolerādus facit ga certe retroactis tpib<sup>9</sup> fuerūt q̄plures religiosi:  
sancti & sapientes viri q̄ ob eorū sanctitatē & doctrinā uerissimenter ut  
pauperibus subueniret plura remedia debuerunt excogitasse: & pñsu  
mendum est hunc modū eis in mente; uenisse: quē cū ad effectum  
non pduxerit iudicandū ē eos cognouisse illā sapere usurariā pra  
uitatem: & iō euitādū: & standum eē iuris dispositioni: qua cauetur:  
ut res que ex se non generat fructū put est pecunia lucrum non pa  
riat Cum ergo eis uīlū nō fuerit hanc iuris dispositionē aliter iterp  
tarit: deberemus & nos acqescere cum minime mutanda sint q̄ sem  
per certam interpretationē habuere. l. minime. ff. de legib<sup>9</sup>. & q̄ semp  
consueta sūt huari obseruanda sūt: quia cōsuetudo ē optima legū i  
terpres. c. cū dilectus de consue. cū si. & facit bonū dictū baldi i. l. q̄  
cunq̄. C. de fuis fug. ubi uoluit q̄ illud quod ē consuetudinariū nō  
est arbitriū. Illud ergo qđ est consuetū fieri debet attendi. c. licet ex  
suscepto in uersiculo consuetum de fo. competenti & tex. in titulo.  
de pace constā. in prin. i uersiculo ab antiquo. ubi seruādū ē illū qđ  
ab antiquo cōsuevit fieri. & ē ibi fūm bal. argu. q̄ antique cōsuetudi  
nes sunt seruande: & ideo dicit lex ne quid contra longā consuetu  
dinem fiat ad solicitudinē suam revocabit preses prouincie. l. i. c. q̄  
sit long. consue. & l. si manifeste. C. de fui. Ex quib<sup>9</sup> uerbis colligit  
bonū argu. qđ pertinet ad solicitudinem cuiuscunq̄ pñsidis ecclesia  
sticū uel secularis ne illud quod antiquitus est obseruatum imutet.  
Secūdo subsequēter istud uī reddi dubiū qa ex ista inouatiōe: &  
noua interpretatione ad iura loquētia fructum percipere ex pecunia  
mutuata usura eē: hoc autem modo non esse usuram uidetur san  
dalum gnare inter fideles: maxime cū huic noue interpretationi aliq̄



& sapientes a populo iudicantur contradicentes & ideo cū non solū  
a malo: s; ēt a suspicione & omni spē mali cauendū sit. c. cū ab oī de  
ut. & ho. cleri. cū cōcor. & propter scandalū euātandū multa sint in  
euctroducta & multo: tēs cessat ēt a bono ne dū ab eo qd hēt suspicionē  
mali ut p beatū Thomā. 2. 2. q. 43. & late p theologos sumistas i uer  
bo scandalū & bo. tex. i. l. sigs filio exheredato. ḡ. hi aut̄ oēs. ff. de in  
lusto. rup. & ir. test. ad si. & l. q cedem. ff. ad. l. cor. de sic. i si. & notaē  
In. c. pp scandalū de cōfectora. di. 4. & c. q scandalizauerit de re. iud. &  
ecclesia nihil facit cū scādalo ut in. c. nihil cū scādalo de pscrip. cū  
simili. ¶ Preterea ex hoc posset etiā aliud malum euenire qā indu  
ci possēt hoies ad ita p̄standū pecuuias exēplū sumentes ab ipso mō  
te: iudicātes si mōti pietatis licet ergo & aliis ut idgentib⁹ subueniat  
&c. lō iste mod⁹ nō uſ admittēd⁹ ne ex eo supradicā mala eueniant.  
¶ Tercio facit qā non uſ posse negari & pp alterationem q uſ esse  
de hoc monte iter sapientes q̄ hoc non reddat dubiū & lō quotiens  
cunq; qritur de aliquo actu utrum sit licitus uel non & de hoc nō ha  
betur auoritas expressa scripture sacre aut canonis seu determina  
tionis ecclesie non nisi piculosissime determinatur q̄ non sit licitus  
& sic p̄tm: mortaliter peccabit contrafaciens: quia omne quod ē cō  
tra conscientiā edificat ad gehēnam ut dicitur. xxviii. q. 1. ḡ. ex hist:  
&c. per tuas de simo. &c. litteras de resti. spo. cum simi. Si autem de  
terminatur q̄ sit licitus: & fm rei ueritatem non sit error ille non ex  
cusabit a mortali. Cum ergo ita sit abstinenere deberenius quia indu  
bio abstinentium est ab illo cōtractu de quo potest probabi iter du  
bitari an sit licitus uel illicitus quia bona: mentiū est ibi culpā tīme  
re &c. c. ad eius. quinta di. & regula iuris est q̄ in dubiis tutior uia ē  
tenenda. c. iuuensis de sponsalibus. Ad quod facit dictum Augu. de  
penit. d. 6. c. si quis dicens Tene certum & dimitte incertum & bonus  
tex. in. c. illud de cleri. excom. cum aliis pluribus.  
¶ Quarto dubiū facit qā tanto plus soluit ille q̄ accipit mutuo pe  
cuniā a massariis mōtis q̄to plus ē i mora. & sic illd qd solnit uſ solū  
fieri i penā morosā restituentis & sit p dinumerationē t̄pis: ergo uſ  
esse usura iuxta nō. p Bar. i. l. 3. ḡ. fi. de annu. leg. & i. l. ii. ff. de his  
pe. no. & in. l. cū stipulati in fi. ff. de uerbo. obli. & i. l. iulia. ḡ. idē pa  
pl. ff. de actio. emp. cum aliis pluribus de quibus p Pet. de ancha. i cō  
filio. lxxxix. incipiente. In Christi noīe &c. Verba sunt ita solenniter  
&c. Vbi per plura concludit q̄ quotiens cunq; siue i cōtractib⁹ siue i  
alia dispositiōe dī q̄ donec q̄s sortē soluat debeat soluere t̄m ānuatū  
uel mensiatim illud erit usura: ergo idem dicendum in casu nostro.

¶ Quinto facit dubiū quia nulla cā ē adeo pia uel fauorabilis ex q̄  
plus possit pecunie debet q̄ sit ipm debitū p̄cipale ēt si illd ageret  
pro alendis pauperibus uel captiuis redimēdis. ita notaē i. c. sup eo  
de usur. & i regula p̄tm li. 6. p Ioan. an. i mercurialib⁹. Adeo q̄ nō  
hēt iuuare licet dicat q̄ nō accipit p usuris sed p iteresse uel alia de  
causa ut in casu isto qā dicit accipi p expēsis & salariis massariorū &  
domus &c. quia debemus potius effectum rei q̄ uerba intueti. c. ple  
riq. i 4. q. 3. nō enim sermoni sed rei fīmo subiectus ēē debet. i. q. i. c.  
Marchion. & c. basilides. & c. intelligētia de uerbo. signi. & supra di  
cta corroborant quia licet ēt de iure cōi pōt peti iteresse pecunie nō  
solute ut not. in. c. conquestus & in. c. salubriter de usur. & in. l. ii. C.  
de usur. & in. l. curabit. C. de acti. emp. illud p̄cedit q̄n de iteresse pte  
rito cōstat p pbationes: nō āt sufficere q̄ sup obligatiōe ānua adiūtia  
tur q̄ illud p̄mittit p iteresse futuro q̄n nō ēē natū sicut hic dī q̄ illi  
duo denarii accipiūt p expēns qā ubi cā regrit ad eēntiam actus nō  
sufficit illā haberip̄ subsistēte nisi uere cāe subsistere p̄bare. l. si for  
te. ff. de cast. pec. bona glo. in. l. itē si suspect⁹. ff. de p̄cur. A liter dicē  
do sequeret q̄ semp posset fieri pactio i fraudem usurag uidelicet ut  
pro singulis mensibus uel annis quis promitteret tantum soluere p  
damno & interesse quod non ē dicendū & ideo fraudib⁹ ē obuladū.  
l. cum hi. ḡ. si pater. ff. de transacti. c. q̄to de usur. cum concor.

¶ Sexto facit dubiū: ga dato q̄ nō ēē usura t̄m nō uſ posse negari  
q̄ ex isto modo soluendi statuto per ordinaciones montis nō resul  
tet aliqua iniusticia qd p̄baſ hoc modo. Ordinatiū ē enī; q̄ soluatnr  
unus denarius pro libra quolibet mense pro salariis ipsorum massa  
riog pensione domus &c. Accedit unus qui super una ueste ualoris  
decem ducatorū uult tantum sex libras & sic soluet t̄m sex denarios  
Alter ēt uenit: & sup una ueste eiusdem ualoris petiit trīgita libras  
& sic soluet trīginta denarios pro quolibet mense in istis ēt uestibus  
eandem custodiā esidem labore tenentur dicti massarii adhibere  
& tamē pro tali custodia labore & expēns unus soluet sex denarios al  
ter uero soluit. xxx. singulis mensibus quod uſ iniustū: iniusticia aut̄  
in suo gīe ē peccatum. quia contrariatur Caritatī ut p. S. Thomā i  
scđa scđe. q. lxx. Aliud ēt exemplum iniusticie pōt hoc mō assigna  
ri unus petiit sup uno iude sex libras: & sic soluet sex denarios: Alf  
petiit sup una ueste alias sex libras & itidē soluet & t̄m clarū ē q̄ quo  
ad inuidē nō regrit custodia uel saltē ita ex q̄sita. Itē non regritur la  
bor alijs ad custodiēdum ipsum a tīneis si ut in ueste regrit. Que  
ergo ē iusticia q̄ ita teneatur soluere sex denarios dñs Incudis sicut



dñs uestis cū ista solutio uel salariū deberet cōmensurari cū labore  
& piculo & iō cū resultet ista iniusticia q̄ ē p̄ctm̄ deberem̄ a tali or-  
dinatione abstinere: ad qđ facit qđ solet dici de absurdo & q̄ bonū  
est argu. a sequela absurdī. c. dub. si. q. i. de preben. in. vi. c. inter de-  
excepti. & l. nam obseruandum. ff. de. bo. liber. cum si. & aliis que  
in materia absurdī possent adduci.

**C**Supradictis tñ non obstantibus puto non eē dubitandū & istuz  
modum nouiter inuētum esse iuridicū :& in eo nō debere eē penes  
quēcunq̄ aliquem conscientie scrupulum per Infrascripta.

**E**t primo clarḡ est q̄ an alljs actus sit usurariū uel non & an quis  
cōmittat usurā uel non attenditur intentio ut nō. in. c. consuluit de  
usur. & l. 4. q. iii. c. si fenerariū cum concordan. Sed nulli dubium.  
q̄ istoz̄ intentio qui talem modum adinuenerunt nō fuit usuram  
cōmittere: quia non fuerūt inducti spe uel intentione lucri sed ex ca-  
ritate ut pauperibus subueniant: ergo &c. Ex quo sequit̄ q̄ si istud  
mutuare quod ē principale non ē corruptum sed licitu nullū acces-  
sorium qđ ab eo depēdeat debet iudicari illicitū. si. ar. tex. cū glo. i. l.  
siquis fuū. ff. de. act. emp. & nō. do. & in. l. si. C. de. pact. ubi. icet pa-  
etum de futura successione sit iprobatū tñ qñ uenit in cōsequēntiā  
contractus preambuli licitū: ualeat: cum sequit̄ naturā sui principa-  
liss: ut in regula accessoriū de regu. iur. in. vi. cum vulga. & sic illud  
soluere unū denariorum pro libra considerata causa qua soluit & pri-  
cipali intentione pia & caritatua non debet iudicari illicitū. **C**Secū-  
do moueor quia iste modus ita mutuandi nullo iure diuinō uel hu-  
mano reperitur prohibitus ergo non debet censeri aut iudicari illi-  
citus: uel uiciosus. Quia illud existimatur peccatum uel illicitū qđ  
est contra p̄ceptum iuris diuinī: uel humani. ut per Paulū apostolū  
ad romāos prio. c. & l. 25. d. q. criminis & p̄ sanctū Thomā scđa scđe  
q. 35. & nō. i. c. ii. de. maiori. & obe. & in. c. qđ p̄cipif. 14. q. i. & notat  
Bar. in. l. sigs. p̄ eo in. v. mēbro. ff. de. fidei usso. & plene p̄. mod. cano.  
in. c. nam concupiscentiam de consili. Sed q̄ hic modus non sit prohibi-  
bitus probat̄ quia nec canonico nec clivili iure prohibet explicite: uel  
expressē ut ex se patet quia si prohibere nullā eēt dubitatio. l. domi-  
cius labeo. cu; vulgarī. de. testa. Itē nec iō licite ut patet ex hoc quia  
tot & tant̄ excellentissimi & sapiētissimi uiri peritissimi utriusq; iu-  
ris per quā plurimas auctoritates ne dū prohibent sed pbant ipsum eē  
licitū: & iō cū hic casus nō sit decisus a canonibus uel legib; imitan-  
da ē sua ipsoz̄ doctoz̄: & sapientiū per ea q̄ nō. in. c. i. de. deci. & ibi-  
d. Anto. & abb. & in. c. sunt non nulli in uersiculo tantorū pag. 16.

q. i. & i. ca. ii. de p̄sbite. non bapti. ibi doctoz̄ patrū sententiā teneas  
& nō. in. l. si idem. cum eodē. ff. de. tu. om. iu. & ibi ang. pulchre quē  
reffert lo. de ana. in. c. i. ciuitate. col. 16. de usur. Item dico q̄ non est  
prohibitus de iure diuino q̄a si prohibere potissime uideref phibe-  
ri p̄ illud uerbū Luce. 6. c. Mutuū date nihil inde sperantes. Sed hīc  
datur mutuū & aliquid sperat̄ ergo &c. sed r̄ndetur q̄ usura ē ēt s̄m  
Theo. cū ex usu rei cuius usus non distinguunt̄ p̄petuo a dñio q̄s  
lucrat̄: ut cū ex pecunia q̄s uult h̄re lucrum ipsam alteri mutuādo:  
quo casu non manet mutuans dñs rei mutuare: & per cōsequens: si  
pilla uel usu ei⁹ aliquid uult recipere ultra sortem recipere p̄ nō suo:  
& sic uenderet non suum. Item uideretur uendere ipsi qđ nō ē plus  
suū q̄ alterius ut de hoc sunt dicta sanctoz̄ patr. 14. q. iii. p̄ totū: sed  
certe istud nō ē nec p̄t imaginari: in casu n̄fo: Primo quia dominū  
istius pecunie non est penes dantes ipsā siue loquamus de massariis  
siue de aliis superiorib; sed ē ipsoz̄ pauperez̄ qui de p̄senti recipiunt &  
eoz̄ qui de futuro sunt recepturi ad quoq; usū fuit deputata illa pes-  
cunia & sic cū nō sit sua non p̄t dici mutuū cū mutuū dicat qđ de  
meo sit tuū. l. mutuū. q̄. appellata. ff. si cer. pe. cum cōcor. ergo nec  
usura cū usura formaliter cōmittati cōtractu mutui ut p̄ Ostiē. in  
fū. de. usu. circa p̄n. Et pulchre p̄ calderinū in cōsilio. xi. sub tī. d. usu:  
ubi plura allegat̄ & iō ipſis massariis uel superiorib; a p̄n. nō p̄t inesse  
ex illo actu administrādi dictā p̄ pecūnā paupib; aliq; spes lucri pp̄ p̄sā  
pecunia q̄ non ē sua sed pp̄ laborē tantum & periculum quod in se  
suscepēt̄ in pignoribus custodiēt̄. Nec obstat si r̄nderef ergo  
paupes soluūt̄ aliquid p̄ usu siue pecunie: qđ nō uī dīcendū q̄a r̄ndef  
q̄ nō soluūt̄ p̄ usu siue pecunie: sed p̄ laboř̄ siuentū & ut ipa pecunia cō-  
seruet̄ i longum t̄ps. Item & pp̄ mercedē gerentū negocia sua: & sic  
non p̄t dici q̄ illud quod dant accedit torti mutuare sed accedit si  
bi ipſis quia res sua melius cōseruat̄. Ex quo patet q̄ nō sumus i ter-  
minis de q̄bus loquunt̄ sancti p̄fes i dcā. i. 4. q. tertia. Et istud corro-  
borat̄ q̄a ut supra dixi i pxio argu. cōsiderat̄ intentio Sed hīc nō fuit  
intentio ex usu ipſius pecunie a tqđ accipe: sed pp̄ seruitia laborē &  
expensas ne ias & iō cū adsit alia p̄sumptio pp̄ qđ dat̄ ille denarius  
debet cessare p̄sumptio usure ut i simili uoluit bal. i suo cōfi. xviii. i si.  
Incipi. notislimū i. 3. pte: & maxie q̄a de sui nā cōtractū nūq̄ p̄sumūt̄  
usurarii ubi p̄nt p̄cedē sine uicio ut p̄ bal. ēt i. c. i. de. feu. da. mili. uas-  
sa. & facit ēt q̄a dubi⁹ act⁹ nūq̄ debet iudicari usurari⁹ ut dicit. bal. i  
l. rog. asti. q̄. si ibi i si. ff. si cer. pe. p̄. l. si ea p̄actiōe cū ibi notatis. C. de  
usur. de quo etiā dicā ifra i r̄nsonib; ad arg⁹. cōtraria aliis addēdo.



**C**ettio moueor quia retētis his q̄ supra dixi proxio fundamento  
q̄ dominū istius pecunie q̄ mutuat nō sit penes ipsos massarios uel  
depositarios mutuantes & sic uere quo ad ipos nō sit mutuū Tunc  
dico q̄ succidi illud de quo p̄ doc. i. c. i. de usur. ubi q̄ runt an sit lici-  
tum aliqd ultra sortē recipere noīe interē & r̄ident q̄ si illid interesse  
uenit applicādū tertio nō mutuati q̄ ē l̄ citū ultra sortē recipere. Sed  
ita ē in casu isto: ga istud qd̄ soluit applicat ipsis massariis. Itē p̄ pē-  
sione domus & aliis exp̄ns soluit. Massarii at uel depositarii nō p̄nt  
uere appellari mutuātes qalpsi n̄ sūt dñi pecūie ergo &c. **Q**uar-  
to moueor: ex his q̄ tradunt p̄ doctores at̄quos: & modernos in. c.  
nauigāti de usu. dū q̄ runt sigs mutuauerit nauigāti uel eūi ad nūdi-  
nas receptur⁹ aliqd ultra sortē p̄ eo qd̄ suscipit i se piculū. i. si pecu-  
niā uel merces idē emptas saluas portauerit alias nihil receptur⁹ et̄  
de sorte & distinguēdo dī: ut: q̄ aut illid ultra sortē recipit rōne mu-  
tui tñ & sic ē usura nō obstante q̄ piculū i se suscipiat & iste ē casus i  
dcō. c. nauigāti Aut recipit illid ultra sortē p̄cise rōne piculi & ut pre-  
ciū piculi & tūc nō ē usura: sed licite recipit. Ecce ergo q̄o h̄ uī eē  
decisio isti⁹ q̄onis. ga dato q̄ ēt̄ in casu isto diceref uere mutuū tñ cū  
nō recipiant illū denariū rōne mutui: sed p̄ laborē custodiā piculū  
& alias expēsas ad quas tenent dicti massarii uel depositarii & super-  
stantes recte: & licite illū denariū recipiūt. Et ad hec faciunt qd̄ solet  
dicti de asecurantibus naues q̄ rōne piculi qd̄ i se suscipiūt licite ali-  
quid recipiūt: ut ē glo. quā ibi nō pau. de ca. i. l. naue sauphei i glo.  
In uersicu. oneris aduersi. ff. loca. Et dicit pau. ibi se mirari q̄ cano.  
Istud nō dicunt dicēs q̄ ēt̄ talis conuentio pacto nudo est efficax &  
ualet & p̄missor tenet & illā decisioñē pauli: refert & seḡlo. de ana.  
In dcō. c. nauigāti in. xiiii. q. & laur. de rodul. i repeti. c. cōsuluit i. iii.  
pte principal in tercia. q. de usur. & Alex. in. l. a. Ticio de verb. obli.  
**A**d qd̄ facit qd̄ ēt̄ consuluit. lo. cald. In suo cōsilio. xi. sub titulo de  
usur. qui uideaſ. **Q**uinto moueor: ga dato ēt̄ q̄ isti massarii uel  
depositarii ēēnt uere mutuātes tñ cū p̄ talē mutuationē obligauē-  
rint se & i se onus suscepent soluedi pensionē domus cōseruandi &  
custodiēdi pignora & alia faciēdi ad que tenent q̄ licite possent illū  
denariū recipere: ita colligif ex doct. bar. de sali post ricar. in. l. petēs  
in. 5. col. in uersi. Quero tūc quarto. C. de pacti. ubi i fī. illius q̄onis  
elegāter dicit q̄ licet usure omni iure sint prohibite si tñ creditor eage  
ḡa se oneret ad aliqd equale uita mutua q̄ tūc nō erūt nisi solo no-  
mine usura & nō erūt illicite: ut licite p̄mutationis cūlisdā uīe: usq̄  
ad paritatē: sed ita ē in casu n̄o quia isti massarii uel mutuātes dato

q̄ essent ueri créidores suscepērūt i se onus qd̄ supiores arbitrat̄l  
sunt equale cū eo qd̄ sibi daf̄ igif &c. **S**exto moueor ga illud qd̄  
datur p̄ pēsione domus uel p̄ labore istoꝝ massarioꝝ uel deposita-  
rioꝝ &c. datur uigore statuti sup hoc emanati. Quod qdem in hoc  
casu: ualere debet ga ut dicit elegāter. Ang. in suo cōsilio. lxxxvii. in  
cōpiete. Pro decisioñē q̄sitoꝝ p̄mitto circa si licet p̄ statutū nō p̄t in-  
ducī exercitium usurarie prauitatis: ga cōtradicti luri diuino: tamē  
p̄ statutū bene p̄t iduci ut aliq̄s administrator cōuertēs i usum suum  
pecunia dñi certū qd̄ ultra sortē soluere teneat qm̄ illud qd̄ sortem  
excedit aut erit pena aut iteresse dñi: aut q̄stus factus ex uiu & a sta-  
tuto p̄sumptus. Sic ergo dicēdū ē: i casu isto qd̄ illud qd̄ statutū ē tñ  
dari p̄ libra a recipiētibus mutuo ē illud: qd̄ p̄sumptūt statuentes  
& arbitrat̄i sunt posse expēdi: p̄ pēsione domus & p̄ iteresse fulen-  
tiū rōne laboris & piculi &c. **S**eptiō moueor ex diligēti doctrina  
Bal. i. l. cōctos populos i. vīi. col. i uersi. Item do quādā regulā. C. d  
sum. tri. Vbi post aliquos casus enueratos i qbus licite videſ recipi  
aliqd ul̄tra sortē: ponit talem regulā q̄ qñ facta relatiōe hui⁹ q̄stio-  
nis: q̄ dī usura ad allud aīcedens resultat q̄si facio: ut des: ut i matr̄  
monio: ut i. c. salubriter de usur. uel uēdo & trado ut des: ut in. l. cu-  
rabit. C. de act. emp. uel patiot: ut des: ut de fru. c. i. uel est suscep̄tio  
piculi ut des ut. l. piculi: de nau. feno. Aut alia resultat conformitas  
unlus ad alterꝝ ibi p̄prie nō dicit eē usura: ga nō ē lucru sed ē qdam  
recōpenſatio habita hic inde & dicit: q̄ ita debet intelligi. l. sociū q̄ in  
eo. ff. p̄ socio. Sed ita ē in casu isto ga id qd̄ daf̄ p̄ cōpēſatiōe expen-  
sarū & laborū daf̄ & nō p̄t dici dari p̄ lucro: sed p̄ damno igif &c.  
Ad qd̄ facit dictū eiusdē Bal. in. l. unica col. llii. C. de sen. q̄ p̄ eo: qd̄  
Inter p̄. ubi dicit: q̄ q̄qd̄ accedit sorti usura ē nīsi usq̄ ad ueḡ iter-  
esse. Sed istud qd̄ datur ē loco iteresse: ga uere iterest rōne pensionis  
domus laboris & piculi ut supra dictum ē ergo &c. Et ita p̄ supradī  
eta uideſ cōcludēdum illum modū nouiter adinuētum iuridicū ēēt  
nec sapere usurariā prauitatē. **N**on obstant deducta in cō ratiū &  
q̄tū ad primū colligif una r̄fisiō: ex his q̄ dixi supra i secido funda-  
mēto p̄ pte mōtis. Secido r̄def q̄ dato q̄ uīsum nō fuisset in alio  
ribus nīis illū modū iducere: q̄ titud deb̄z ludicari: ga forsitan oia  
nō fuersit p̄scrutati nec hoc deb̄z uideri mihi: ga se penūero libera-  
lissimus deus aperit i genitū uni minimo qd̄ nō fecit maioribus: & ut  
alt magnus Hieronym⁹ i p̄hemio Bible: hec doctus Plato nesciuit  
hec eloquēs Demosthenes ignorauit abscōdam sapiētā sapientib⁹  
& i prudētibus reuelabo: & iuxta illud psalmiste. Ex ore ifatiū &c.



Ad qđ facit: qđ habet i.l.ii. g. sed neq. C. de uer. su. enu. cū aliis que possent allegari. Itē facit qđ recedit ab eo qđ diu equū usum est: qñ in illo qđ de nouo ordinat euīdēs apparet utilitas ut apparet i ca su isto ita not. doc. in. l.ii. ff. de cōst. principū. ¶ Nō obstat: qđ i fo fundamēto dictum fuit de scādalo. Quia ad hoc p̄t r̄nderi: ut dicit Mathei. xv. c. circa phariseos scādalizatōs finite illos qđ ceci sūt sic: et. ii. q scādalizant̄ ceci & ignorātes finendi sunt: qđ trepidat ubi trepidandū nō ē. Item p̄t r̄nderi ut p sancti Thomā fa fe. q. xlvi. ubi dicit qđ nō debenius eē faciles ad crecēdū: qđ alii scādalizēt de bono ope: nec facileqs debet a bono ope cessare pp metū scādalt cū debeat psumere de aliis qđ potius sint boni qđ mali & ad hoc pos sent adduci plura de qbus psumistas theologos. Sed nō existimauit necessariū tot uerba effundere i re clara. ¶ Ad tertiu dubiū respō def: ex its q̄ colligunt̄ ex fo fundamēto p̄ hac pte facto: qđ cum tot sapiētissimi viri pbent plurimis rōnibus hūc modū eē lictū & iuris dictū: licet aliter nō reperiet decisus a canonib⁹ standū ē s̄nie ipsoe sapiētū p̄ ibi dicta. Secūdo r̄ndef qđ ille error nō excusabit a mortali qđ est intelligendū qñ errarent i classa ignorātia secus si ex p̄babilis. P̄t a qñ cōsulunt̄ p̄tiores in tali materia put̄ uideū eē factū in casu isto. Quia tūc dato ēt qđ errare tūc pp talia consilia excusaremur a peccato maxie qñ nō sum⁹ in his q̄ nō sunt exp̄sse cōtra ius diuinū uel naturale & cōtra articulos fidei decē p̄cepta & hmōi. In qb⁹ igno rans ignorabit: ut ait Apostle. & habef. pria. q. iiiii. g. si. Et si replica ref̄ hoc eē usurā & usura ē cōtra decalogū. R̄ndef usurā eē contra decalogū reductiue. Sed hūc modū mutuādi nouiter iuentū patet p̄ dicta tantoq sapientiū nō sape usurā. Et cū dī ignorantia iuris na turalis uel diuinī nō excusare deb̄; intelligi de his q̄ exp̄sse p̄ se uel re ductiue sūt cōtra ius naturale & diuinū & cōtra fidē & p̄cepta p̄ cui dētes rōnes. uel determinationē ecclesie & s̄niām cōem doctoꝝ: & nō de his q̄ p̄ aliq media nō clara uiderē feē cōtra p̄cepta: cū n̄ ēēt &c. Ad illud qđ dicit qđ i dubiis tutor uia ē eligēda & qđ bonaq̄ mentis est &c. R̄ndef qđ dato qđ essemus in dubiis qđ qđem minime patet: p̄ supradicta eē dubiū Ille auctoritates p̄cedūt de honestate & meritū majoritate: nō de salutis necessitate aliquān oportet oēs religionē intrare cū tutior uia sit q̄ i seculo p̄manē. Istud aſit religionē intrare utiq̄ cōsulit̄ nō p̄cipit: ut in. c. admionere. 33. q. 2. ¶ Quo ad q̄rtum r̄ndef qđ patet clare p̄ fundamēta istius ptis qđ illud qđ soluif nō sol uit rōne more nec cōmensuraf cū tpe sed soluif p̄ iteresse fuientū & p̄fessione domus & aliis exp̄esis q̄ nō poterāt aliter cū maiori lu

sticla arbitrii & distribuſ: q̄ cum dīnumeratione temporis & q̄titātis: nec sup hoc aliter me extēdo qđ existio satis & plusq satis respō ſum eē p̄ altos cōſulēces. ¶ Quātu ad gntum. s. q̄ ēt p̄ pia cā uſura nō est p̄mittenda p. c. sup eo. de uſu. &c. R̄ndef qđ put p̄ p̄ supradicta iſte modus nō ē uſurarius cū aliquid non accedat ſorti put ē clare pbatum: quantum aut̄ ad illud qđ ibi ſubiungit qđ licet de iure cōl p̄t peti iteriffe pecunie nō ſolute. c. conqueſtus: cū cōcor. de uſuri illud pcedit qđ conſtat de iteriffe p̄terito nō aut̄ de futuro: ut uideſ agi in caſu n̄o. Ad hoc r̄ndef: qđ iteriffe de futuro: qđ eſt dubium & qđ multipliciter p̄t uariati: non p̄t deduci i pactum de p̄nti: ſecus aut̄ ſi ſit interiffe nō certum: qđ p̄t deducere i pactum recōpenſationem taliſ damni put̄ ē i calu n̄o: ut colligit ex dictis. S. Thome fa fe. q. lxxviii. art. ii. in r̄ſione ad p̄lmū argu. qđ cum tale iteriffe ſit certum aut̄ certificabile a principio cefiat uſuraḡ ad quaꝝ uidenſ doctores aduertere: ut not. Lau. de rodul & alii in. c. conſu luit de uſur. i. viii. q. & ideo contēdit rōne iteriffe ſi debitor nō ſolute in termino: qđ creditor ſuari debeat indemnī ut in. c. puenit de ſi deiuſſoribus: & talis excrescētia non ē uſura: qđ non recipit niſi ſub ratione damni euitādi non lucri habend: & ideo ēt a principio poſſet deduci in pactum p̄ p̄dicta. Quo ad ſextum & ultimuꝝ de iuſticia. Respondeſ qđ conſiderato qđ ipſi ministri ita ſunt ibi parati ad dādū multum q̄tum modicū & e conuerſo non debet conſiderari illud qđ casualiter uenit cum illud qđ ipſi ministri p̄cipiūt p̄ ſuo ſalario fue rit ita arbitratum p̄ ſupiores: q̄ recte animaduertēdo aliter ēt nō po terāt ſtatuerē nec arbitrari equa lance q̄ p̄ dīnumerationem ptis & q̄titatis: qđ qualitas rei pignorate teſpicit potius aſfcurationē p̄ p̄cuniā data q̄ aliud & ideo non debet alterare formā ipſius ſolutiōis ſiende p̄ expēſis. Et ſi bene conſideret aliter ſtatuedo reſultaret maior in iuſticia inequalitas & absurditas: q̄ ſuit euitāda. Dicēdum eſt ēt qđ dato qđ ſtud ſalarium eēt in aliquali parte inequale qđ fm theolo gos in q̄rto ſen. di. xv. equalitas iuſticie cōmutatiue nō ledit paruo excessu: q̄ continget non dolose in quocūq cōtractu qđ ſemp uideſ accedere donatio i illo minimo p̄ concomitantiam fm. S. Thomam in dicta q̄ſtione ſeptuagesimā octaua.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Ioānes de campegio de bononia utri uſq̄ iuris doctoꝝ. Concistorialis aduocatus. Et Padue iura ciuilia or dinarte legēs. in quoꝝ fidem me p̄pria manu ſub ſtipſi: & cōſuetu ſigillo ſigilli. ai: Salua ſemp determinatione Aſtoltici & culuſlibet alterius melius ſentiētis. Laus Deo clemētissimo.



**I**NNOCENTIVS Episcopus suus suorum deit Ad perpetuam rei memoriam: Ad sacra Petri sedem: in plenitudine potestatis diuina dispositione vocati. Ad ea (ut decet) libenter intendimus pro que pauperes & miserabilium plorantes necessitatibus utiliter & salubriter valeat puderit. Et hiis quod propea pudentia ordinata fuit noscuntur. Vt tamen firmius illibata perdureret quo erat maiori robore solidata nostra confirmationis robur adiuvimus & ut optatum sortiantur effectum: Interponimus sollicitudinis nostre partes. Sane pro parte dilectissimorum filiorum & communis civium Mantuane nobis superexhibita petitio continebat: quod olim nonnulli bone mentis viri prouide considerantes quod in dicta civitate & locis marchionatus Mantuani continebantur etiam quamplurimi pauperes quorum adeo pecunias carebant ut in eorum opportunitatibus expediret eos ad hebreos feneratores in civitate predicta degentes prece habeat recursum & ab eis pignoribus traditis sub non leuibus usuris pecunia mutuo recipere. Erant iterea aliqui qui quodcumque per eos decenti substitutione facultates haberent nihilominus uitam ducentes dissolutam: ut eorum noxiis appetitus implerent ad eosdem feneratores ultra se se offerentes recurrebant & sub huiusmodi usuris pecunias mutuo recipiebant ab eisdem: quas postea in malos usus conuerterebant: & statuto termino illas non restituentes pignora perdebant. Sicque paulatim ipsi feneratores tam tenues quam alias facultates exauriebant eorumdem: per usurarias prauitatem eos ad extremam miseriariam deducentes indeces: & excogitantes ac discutientes quoniam fieri posset quod honestis paupem necessitatibus adiuuante caritate fidelium facultates suas ad id misericorditer ergantur omni usura penitus cessante succurrentef. Et hebrei feneratores predicti non degenerent ibidem. Sicque huiusmodi incommodis que ex illorum seniorum exercitio pueniebant: obuiare: persuasione & impulsu non nullorum ordinis fratrum minorum de obscurantia nesciutorum: & de illorum: ac diversorum iurisperitorum consilio: in predicta civitate Mantuana non parvam pecunie summam ex multis Christi fidelium suffragitis colligere & in unam massam que mons pietatis nuncupatur redigere curarunt: & quod illius fide & facultatibus idoneis depositarius personis pauperibus & egenis per officiales depositarios tempore ordinandos examinata causa necessitatis eorum ac recessus pignoribus ab eisdem opportune ualeret proportionabilitate subueniri. Inter alia prouide ordinarunt quod dictarum pecuniarum depositarius quod pro tempore fuerit teneretur mutuare pauperibus & egenis incolis civitatis & marchionatus mantuanus ad eum per tempus

post recurrentibus & non ludi aut negotiationis causa id petentibus de pecunis predictis: primo anno post ordinationem illius usque ad tres libras monete matuane per quolibet eorum: & illo decursu tantum quatuor facultates dicti montis paterentur receptis ab eis pignoribus ualoris duplum summe mutuate quam intra annum restituere deberent eidem alioquin anno decurso pignora uenderent precedentibus substationibus plus offerenti: nec deberet mons ipse ab eis ita annum solvantibus aut de pretio pignorum quam uederent aliquid propter mutuatam quantitatem, hinc ullo modo quod ad conservationem custodi & gubernationem dictorum pignorum & ad describendum mutua pignora uentiones & pecunias pignorum ueditorum et deberent alii officiales & ministri exercitibus dicti montis oportunitas vacantes in numero sufficienti quod idoneam cautionem presentarent de pignorum custodia & conseruatione huiusmodi & de implendo oiam ad que tenerentur frone officiorum suorum & oem eorum industria adhibere certa permissa: eorum officio incumbentia: tenerenturque de pignorum perditione & deterioratione: quod eorum culpa evenirent: qui officiales & ministri per huiusmodi laboribus & piculis eis ordinanda conuenientia salario habere deberent: licetque eis per huiusmodi salario solutione ac et pensione domus ad permissa in loco commodo: & honesto conducta in civitate predicta libris & substationibus aliisque expensis necessariis per executionem eis commissorum officiorum huiusmodi a pensionis mutuo recipientibus pecunias dicti montis illasque restituentibus intra annum propter summam mutuatam duos denarios per qualibet libra mutuate eis summe per quolibet mense petere & recipere: & a non restituentibus de pretio uenditorum per tempore pignorum retinere: & si dicti duo denarii per libra sic collecti in fine anni non ascenderent ad summam opportunam: pro salariis & aliis expensis predictis uoluerunt id quod deficeret suppleri de summa anni sequentis. Et si summa dictorum duorum penariorum pro libra sic collecta in fine anni transcederet summam opportunam: pro salariis & expensis predictis uoluerunt id quod supabundaret eisdem solutionibus proportionabiliter et per rata pro qua soluisserent ultra restitutus si recuperare uellent: & ad hunc effectum publice sepius per clamari per civitatem predictam quod quicunque intendentes rehabere portiones eis contingentes de superabundanti summa predicta collecta per exactorem duos denarios per libra debeat prestari: officialibus predictis ista quindecim dies administrus a die sibi facti iuri recipisse mutuo animo rehabendi talis portionem eum contingetem quam tuncque parvam aliquam decursis dictis quindecim diebus prestatio predicta non facta intelligerent post tot perclamationes repetitis uici



bus factas tales mutuo recipieres & non prestantes uelle immo madas  
ac insigere dictis officialib⁹ q dispensent paupibus uel conuertat  
in alias pias casas parvas quantitates & portiones q ipsos non prestan-  
tes contingebat de dicta quantitate supabundanti amore dei & pro sue ae-  
suorum predecessorum animarum salute: de consilio duorum religiosorum  
uel aliorum sacerdotum aut aliorum bone opinionis & fame. Ordinaue-  
runt preterea q dicto monti presiderent & supintenderent in concer-  
nentibus illum quattuor religiosi & octo seculares. Quorum seculari sunt  
duo milites uel nobiles duo legum doctores uel in medicina magis-  
tri duo mercatores & duo alii claves mantuan. fore & ex dictis quat-  
tuor religiosis quoq⁹ officium ad eorum uitā duraret. Primus dilectos  
filios capitulo ecclesie sancti petri mantuan. Secundus pro abbatem  
monasterii de padoleron extra muros mantuañ ordinis sancti Be-  
nedicti seu confessorem monialium monasterii sancti Ioannis de ca-  
retis mantuañ dicti ordinis. Tertius per priorem sancti dominici.  
Et quartus per guardianum sancti francisci domorum mantuañ.  
fratrum predicatorum & minorum ordinum pro tempore existen-  
tes deputarent. Seculares uero illi foret quorum noia de bussula eorum  
pro tempore extraherent in qua illorum noia dūtaxat imitterent.  
Quos conuenientibus in unum marchione & epo mantuañ. si in-  
teresse uellent & ipso epo absente uel infirmo aut interesse recusans  
te illius in spiritualibus uicario generali & prefatis abbatem confessore  
priori & guardiano necnon rectore hospitalis pauperum mantuañ.  
priori collegi & consilibus ac prepositis artis lane pro maiore parte  
eorum sic conuentientium misso partito ad fabas albas & nigras pro-  
lodenis continget approbati deberent: ipsi laici prima vice sic ex-  
tracti insimul per annum integrum dicto monti presidere: & an-  
no finito quattuor ex eis officium ipsum presidentum continuare  
& alii quattuor ab eo amoueri: & amotorum loco alii quatuor quo-  
rum nomina extrahi continget de bussula predicta surrogari. Se-  
cundo uero anno decurso loco eorum qui remansissent & biennio  
officium continuassent illis amotis alii quattuor eorum loco parti-  
modo surrogari sicq⁹ continuo fieri & cum quattuor qui uno anno  
prefuerint alii quattuor de nouo uenientes deputarentur & super-  
intenderent circa eiusdem montis opportunitates: & commissa eis p-  
ordinationes & non nulla alia capitula & ordinationes desuper iuxta  
materie huiusmodi exigentiam sanctorum Petri decretis n. inime-  
contraria ediderunt & illa sic edita dilecto filio nobili viro Fracisco  
marchioni Mantuano obtulerunt. Et pro illorū confirmatione eis

dem cum instantia supplicarunt ut illa pro dicti operis executione  
& incremente ipsi marchionis auctoritate roborata ualidius firmarent  
& maiora iudicis dñi inspirante incremente susciperent q subditorū  
suoq⁹ cōmodis ut decebat in tps attendēs ppositionē pdictā laudabi-  
li desiderio conceptā fore capitula & ordinationes hmoi discussioni  
& examini consiliariog suorum cōmisit ut i lis bene & mature dige-  
stis eidem sācto operi effectualiter intendi posset: cūq⁹ consiliarii p-  
dicti dictis capitulois & ordinationibus iuxta mandatum ipsius mar-  
chionis uisis & diligenter examinatis & ubi opus fuerat consultissi-  
me reformatis eorum tenorem Christiane religioni consentaneū  
etiam ipsi marchioni honorificum cluitati ac subditis eius quibus  
cunq⁹ utilem fideliter eidem marchioni retulissent: ipse marchio sup-  
plicationibus predictorum benignamente annuens: omnia & sin-  
gula capitula & ordinationes predictas ac omnem illorum tenorem  
prout de uerbo ad uerbum i illis exprimebatur auctoritate sui Mar-  
chionatus per quasdam suas litteras approbavit & confirmauit ma-  
dans officialibus suis quibusq⁹ pro tempore existētibus ut illa tam i  
iudicio q ex ea facerent plenissime omni cœiliatione remota perpe-  
tuis tunc futuris temporibus ubi opus foret obseruari. Cum autem  
sicut eadem petitio subiungebat cōmunitas prefati cupiat premis-  
sa pro eorum subsistentia firmiori apostolice auctoritatis munimis-  
ne comprobari pro parte cōmunitatis predicte. Nobis fuit humili-  
ter supplicatum ut erectioni montis mantuani capitulois & ordina-  
tionibus predictis pro eorum subsistentia firmiori robur nostre cō-  
firmationis adiicere aliasq⁹ super contentorum in eis obseruatione  
opportune prouidere de benignitate apostolica dignaremur. Nos  
igitur qui prefatum marchionem eius exgentibus sincere deuotio-  
nis affectu: & integra fide ad nos & romanam ecclesiam & eius con-  
sideratione illius subditos prefatos speciali dilectione prosequimur  
& gerimus i uisceribus caritatis ordinationem dicti montis pletatis  
que eisdem incolis ciuitatis & marchionatus mantuañ non parum  
proficia esse dignoscitur plurimū in domino cōmendates ac cupie-  
tes ut illa nostre approbationis munimine circūfulta firmius obser-  
uentur & mons ipse ad eorūdem pauperi⁹ uberiorē subventionē in-  
dies suscipiat incrementum felicis recordationis Pauli pp. II. qui pe-  
rusinus: & Sixti 4. Romanoq⁹ pontificū: predecessorum nostrorūq⁹:  
Sauionensis ciuitatum montis pietatis ordinationes & statuta p eo-  
rum litteras approbarunt uest gis inherendos supplicationib⁹ hu-  
iusmodi inclinati montis pietatis mantuañ: creationē institutionē:



plantationē et electionē & illa in quibus inter alia contineat q̄ p̄fidentes  
dicti montis debeat eē duodeci: q̄ tuor uidelicet religiosi quoq; pri-  
mus p̄ dilectos filios capitulū ecclesie sc̄ti Petri mantuañ. Secundus  
p̄ abbatē monasterii sancti Bñdicti de pandolareñ extra muros mā-  
tuañ seu confessorē monialium monasterii sc̄ti Ioānis de caretō: ordi-  
natis sc̄ti Bñdicti & mantuañ. Tertius p̄ priorē sc̄ti Dominici: & quartus  
p̄ Guardianū sc̄ti Francisci domoq; mantuañ p̄dicatori & mino-  
rum ordinum p̄ tempore existētes deputareñ: & octo seculares uis-  
delicet duo milites seu nobiles duo legā doctores uel i medicia ma-  
gistrī duo mercatores & duo alii c̄ques mantuañ: & eorūdē p̄fidentiū  
religiosorū p̄petuo laicorū uero officiū bīenio dūtaxat duret & quo-  
libet anno q̄ iattuor ex eis amotis eorū loco alii q̄tuor. Quoq; no-  
mina de buſſula in qua buſſulata forent extrahī contigerit. Subro-  
gentur sicq; perpetuis futuris temporib; obseruetur que pro illi  
directione manutentione & confirmatione ac pecuniarum eius dis-  
tributione & recuperatione pauperum quoq; subuentione lauda-  
bili ac aliis montem ipsum mantuañ & illius conseruationem: & in-  
crementum: concernentibus emanauerunt ordinations & capitu-  
la predicta in eis statuta & decreta quecunq; auctoritate apostolica  
ex certa scientia approbamus & confirmamus ac presentis scripti  
patrocínio cōmunitus supplēsq; omnes & singulos defectus si q̄  
forsitan interuenerint in eisdem & ut eisdem montis p̄fetatis man-  
tuañ prouentus in eas pro quibus deputati sunt causas prouide dis-  
pensantur presidentibus & aliis tā dicti montis q̄ ciuitatis mantuañ  
officialibus quocunq; nomine nūcupatis & quibuscunq; aliis cuius-  
cunq; dignitatis status gradus ordinis uel conditionis existat & qua-  
cunq; nobilitate dignitate & facultate ecclesiastica uel mundana p̄-  
fulgeat scientia & auctoritate similibus: distictiū preciptendo in-  
hibemus: ut dicti montis mantuañ prouentus in totum uel pro ali-  
qua parte in alias causas q̄ illas ad quas ordinantur & deputantur:  
quous modo conuertere aut de illis quicq; exponere seu circa il-  
los fraudem uel dolum committere & illos qui prouentus ipsos au-  
gere intenderent quominus id faciant impedire aut ab eorum & lu-  
am intentionem hmoi retrahere directe uel indirecte quous ques-  
to colore presumant sub excommunicationis late sententie pena a  
qua ab alio quam romano pontifice preterquam in mortis articu-  
lo constituti nequeant absolutionis beneficium obtinere & nihil o-  
minus duplum eius quod expositū fuerit aut fraudatū seu ne illi er-  
rogaretur suāsum eidem monti mantuañ restituere teneant. Et ga-

secundū uarietates temporum nonnunq̄ expedit statuta mutare p̄  
fidentibus dicto monti p̄fetatis ac q̄bu's cūq; aliis ad quos ex forma  
ordinationū illi statuta ipsi montis p̄fetatis imutare posse: cōcessū  
est statuēdi supradicto p̄fuentū acquisitiōe usu: & distributiōe ac cō-  
seruatōe usus ac statuta p̄ tpe imutādi alterādo & ex toto abrogā-  
di ac alia faciēdi p̄ que tñ nullū uotiuē distributiōi eorūdē p̄fuentū  
in pios ulus ad quos deputant p̄fudiciū generet sc̄ia & auctoritate  
p̄dicta facultatē cōcedim' ac mandam' q̄ ea q̄ statuta & ordīnata sūt  
& p̄ tpe i posteg p̄uile statui ordinari & reformari cōtigerit debeat  
ab oībus iūiolabiliter obseruari. Predicatoriū uerbi dei q̄ i predicta  
mantuaña ciuitate p̄ tpe erūt i remissionē p̄ tōrū eorūdē iniūgētes  
ut in eorū p̄dicationib; xp̄i fideles: ad iponendū p̄ia suffragia p̄dicto  
monti mantuaño iducere dū & quotiens expedire putauerint: non  
omittant non obstantib; cōstitutionib; & ordinationib; apostolicis  
ceterisq; cōtrariis q̄buscūq;. Nulli ergo oīno hoium liceat hāc pagi-  
nam n̄fe approbationis confirmationis cōmunionis supplicatio-  
nis inhibitionis concessionis & mandati infringeā uel ei ausu teme-  
ratio contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit indigna-  
tionem omnipotentis ac beatorum Petri & Pauli apostolorū ei se  
nouerit incursum. Dat. Rome apud sanctum Petrum anno in-  
carnationis dominice Millesimo quadringentesimo octoagesimo  
sexto: Tertio Kal. Decembris: Pontificatus nostri: anno tertio.

Hie. Balbanus

C

Iul.

F. de Simo

Io. Contini

F. de Parma

p. Drap. la. fellā

H. Bonen

Solicitatur. P. & sunt expositi ducati sexaginta senelli

Libertas

P. fenelli

Prorogata usq; ad Kal. Decembris Simo

Inghē Crānnis Murtialh.

A tergo Pro. B. de Rizembus ḡ. xxv.

D. Serrano

Rescripta In Camera Apostolica

Drago.



Innocentius papa. viii.

**V**enerabilis frater Salutē & apostolicā bñdicit. fidelis relat⁹ dī lecti filii Bernardini de feltro ordinis minor. Intelleximus q̄ mons pietatis eius p̄suasionib⁹ institut⁹ in ciuitate Mantue & a nobis nup auctoritate apostolica approbat⁹ & roboratus maximā releuationē faeret pauperibus & personis egenis mutuo indigentibus si mō haberet maiore copiam pecuniaq;. Nos igitur qui paterno affectu optamus idigentes ab inopia releuare & hoc pietatis opus augere ut xp̄i fideles ad largas cōtributiones presato monti faciendas tanto magis inducant quo uidetint se sp̄ualia ubertus p̄ hoc cōsecuturos iteruenientib⁹ quoq; humiliib⁹ p̄cibus p̄fati Bernardini. Tibi cōmittim⁹ & mandam⁹. Quatenus au itate apostolica oibus & singulis Christi fidelib⁹ q̄ p̄fato monti a iqd cōtribuerint p̄ eius augmento s̄m iudicis officiali⁹ q̄ dicto monti pro tpe p̄erunt cōcedas auoritatē & facultatē eligendi sibi in articulo mortis idoneū confessorem p̄biter⁹ secularem uel religiosu; q̄ eos absoluere possit ab omnibus peccatis & censuris quibuscumq; ac ple- nariam eis tribuere remissionem presentibus tamē post decēnum minime ualitris: Constitutionib⁹ & ordinationib⁹ apostolicis ce terisq; in contrarium facientibus nō obstantibus quibuscumq;. Datum Rome apud Sanctum Petru sub anulo p̄scatoris Die. vii. Decembris. M.cccc.lxxxvij. pontificatus nostri anno. iii.

Hieronymus Balbanus

Atergo C Venerabili fratri nostro episcopo Mantuano uel eius in spiritualibus uicario generali:

C Ego Thebaldus filius. q. cōmendabilis viri dñi Iacobi de bolzotis ciuis mātue publicus iperitali auctoritate notarius suprascriptu; exemplum extractum ab eius originali uidelicet bulla cū signo plumbi & cordula rubei & crocei coloris in forma romane curie per suum pontificem Innocentium octauum: concessa pro montis pietatis Mantue confirmatione: necnon aliud sequens exemplum p̄fati sumi pontificis brevis episcopo Mantuano seu eius uicario emanati ab eius originali in carta membrana & sigillo cere rubee muniti una cum infrascriptis tabelionibus & ciuib⁹ Mantuanis & me notarium diligenter auscultatum: & Incōtratum fuit: uidelicet Angelo de maphiolis Ioāne de p̄zenardis & Alejandro de gezis unde uisa utriusque cum suo originali tam dicto concordantia me cū attestacione subscripsi.

C Ego Angelus filius quondam egregii ulsi michaelis de maphiolis ciuis Mantue publicus imperitali auctoritate notarius suprascriptum transumptum bulle apostolice cum sigillo plumbeo & cordula rubei & crocei coloris munite more romane curie per sanctissimum dominum nostrum papam Innocentium octauum monti pietatis Mantue concesse. Nec non suprascriptum transumptum brevis prefati sanctissimi domini nostri episcopo Mantuano uel ei⁹ generali uicario emanati una cū suprascripto S. Thebaldo de bolzotis & infrascriptis Ioanne de p̄zenardis & Alejandro de gezis notariis publicis Mantuanis: cum originalibus suis diligenter auscultauit: & uisa concordantia cum dictis originalibus ideo me cum meis signo & nomine consuetis in fidem premissorum subscripsi.

C Ego Ioannes filius quondam egregii ulsi S. Bartoloti de pīnardis dīci⁹ de pīnaris ciuis Mantue publicus imperiali auctoritate notarius suprascriptum transumptum bulle apostolice: cum sigillo plumbeo & cordula rubei & crocei coloris munite more romane curie per prefatum sanctissimum dominum nostrum papam Innocentium octauum monti pietatis mantue concesse: nec nō & suprascriptum transumptum brevis prefati sanctissimi domini nostri Episcopo mantuano uel eius uicario generali emanati una cū suprascriptis Thebaldo bolzoto & Angelo maphiolo etiam notariis publicis mantuani ac infrascripto Alejandro de gezis notario etiam publico & ciue mantuano cum eorum originalibus diligenter & de uerbo ad uerbum auscultauit: & quia uisa concordantia cum ipsorum originalibus in omnibus me cum attestatiōe subscripsi.

C Ego Alexander filius. q. egregii ulsi Petri antoni de gezis ciuis mantuan⁹ publicus imperiali auctoritate notarius suprascriptum exemplum bulle apostolice cum sigillo plumbeo & cordula rubei & crocei coloris munite more romane curie per sanctissimum dominum nostrum p̄p. Innocentium: octauum monti pietatis mātue concesse. Nec non suprascriptum transumptum brevis prefati sanctissimi domini nostri Episcopo mantuano uel eius generali uicario emanati una cum suprascriptis Thebaldo de bolzotis. Angelo maphioli & Ioanne de pīnardiis notariis publicis mantuanis: cum originalibus suis diligenter auscultauit & uisa concordantia cum dictis originalibus me cum meis signo & nomine consuetis in fidem premissorum subscripsi.



